h *Ait ſenatus*. Hæc verba ſenatuſconſulti quæ hic materialiter ponuntur, & ſequens §. bo. fi. qui eſt Papiniani, in bonæ fi. poſ. loquũtur qui ante petitam hereditatem vẽdidit: quod patet ex eo, quòd periit ante petitionem: ſed venditio fuit ante peremptionem: vnde videbatur eum de pretio non teneri: quia & petitor naturali interitu amiſiſſet: arg. infra de rei vin. itẽ ſi verberatum. §. fi. ſed tamen tenetur, quia poſſeſſor locupletior eſt.

i *Præſtare*. quia ob hoc tenetur, quia actionẽ habet: vt infra de pecu. l. quod debetur. in fin. & ſupra eod. quòd ſi in diem. §. Iul. verſi. idem Iulianus ait. &. j. de her. ven. l. ij. §. perueniſſe.

k *Perueniſſe*. cum non durauerit: vt infra de here. ven. l. ij. §. illud.

D & infra de in rem ver. ſi pro patre. §. verſum.

l *Nec ab initio*. id eſt etiam ſi res non eſſet euicta. & poteſt dici cauſa diſputationis, ſed malè: quia ſenatuſconſultum nõ loquitur de venditione rei hereditariæ: ſed de venditione cuiuſlibet rei quæ ſit in hereditate: vt ſupra. l. proxi. §. item placere. & infra ſubiicit. ſed & ſi ſenatus &c.

m *Sed & ſi*. id eſt quamuis. nunc reſpondet ad quæſtionẽ quam dubitãter ſoluerat: ſcilicet ſi eſt euicta, & pretium reſtituit poſſeſſor: & dic quòd non tenetur.

n *Mentionem*. vnde videbatur etiam pro pretiis rerum quæ poſtea euictæ ſunt, in omnem euentum poſſeſſorem teneri: tamen non debet reſtitui pretium acceptum, cum ſit res euicta: ſecus ſi non ſit euicta.

o *Nam & Iulianus*. bene dico pretium emptori redditum re euicta non venire in peti. here. quaſi appareat nunc ex poſt facto quòd indebitè penes eum fuerit. nã & in verè indebito eſt idẽ.

E & hoc dicit, nam &c.

p *Non debere*. cum ſuo nomine exegerit. aliàs eſſet ſecus: vt in geſtore: vt ſupra de neg. geſt. ſi quis negotia. & ſupra de procu. l. qui proprio. §. procurator vt in cæteris. Item ſecus in venditore hereditatis, qui nõ reddit, cuiuſcunque nomine exigat: vt infra de here. ven. l. ij. §. ſolet. quæ eſt contra.

q *Soluit*. imò videtur quòd imputet: vt ſupra eo. l. quòd ſi poſſeſſor. quæ eſt contra. Sol. vt ibi. Itẽ hoc intellige quando de ſuo ſoluit. ſed ſi de hereditate, imputatur ceſſa conditione: vt. j. eo. l. ſi quid poſſeſſor. vbi plenè ſuper hoc diſtingues. Accurſius.

r *Sed & ſi res*. ſcilicet à defuncto, vel etiam à poſſeſſore hereditatis vendita. Accurſius.

ſ *Emptori*. propter euictionem.

t *Cautione*. ſcilicet à petitore. ſic etiam cauetur infra eo. illud. §. actiones. & econtra poſſeſſor quandoque cauet petitori: vt ſupra quòd ſi in diem. §. j.

tur ad rem eſtimandam per iuramentum in litem, ſi extat: aliàs ad verum pretium. Bartolus.

Reſtituere autem pretia debebit poſſeſſor [a] & ſi deperditæ [b] ſunt res, vel deminutæ. Sed vtrum ita demum reſtituat, ſi bonæ fidei poſſeſſor eſt: [c] an & ſi malæ fidei? Et ſi quidem res apud emptorem extent, nec deperditæ nec deminutæ ſunt: ſine dubio ipſas res [d] debet præſtare malæ fidei poſſeſſor: aut ſi recipere eas ab emptore nullo modo poſſit, [e] tantum quantum in litem eſſet iuratum. At vbi deperditæ ſunt & deminutæ, [f] verum pretium [g] debet præſtari: [h] quia ſi petitor rem cõſecutus eſſet, diſtraxiſſet, [i] & verum pretium rei non perderet.

Deperditum refertur ad actum naturalem: deminutum ad actum ciuilem. Bartolus.

XXI. GAIVS *libro ſexto ad Edictum prouinciale.*

DEperditũ intellegitur quod in rerum natura eſſe deſiit: [k] deminutum verò quod vſucaptum [l] eſſet, & ob id de hereditate exiit.

Bonæ fidei poſſeſſor tenetur reſtituere rem quam habet: & ſi quid eius occaſione acceſſit. Bart.

XXII. PAVLVS *libro viceſimo ad Edictum.*

SI & rem & pretium [m] habeat bonæ fidei poſſeſſor, puta quòd eandem rem emerit: * an

a *Poſſeſſor.* bonæ fidei.

b *Et ſi deperditæ.* non ſolùm ſi apud emptorem extant. & expone hæc verba: vt. j̃. l. proxi. Accurſius.

c *Bonæ fidei poſſeſſor eſt.* de quo conſtat: vt. s̃. ea. l. §. ait ſenatus.

d *Ipſas res.* vel pretium ſi hoc elegerit actor. aliàs melioris eſſet conditionis malæ fid. quàm bo. fid. quod eſſe non debet: vt infra de noxa. non ſolum.

e *Poßit.* quia nullo modo reuendere vult. & caue tibi: quia hæc lex pręſumit quòd poſſeſſor libètius redimeret, quàm contra ſe in litem iurari patiatur. ſi ergo non vult redimere cum poſſit, magis dico contra eum iurari: cum & hîc iuretur, vbi non poteſt: vt infra de rei vin. l. qui reſtituere. & infra de in lit. iuran. l. in actionibus. & infra eo. ſed & ſi lege. §. hæc verba. &. l. niſi. §. Iulianus. Accurſius.

f *Deminutæ.* ſed quomodo hic ma. fi. poſſeſſor poteſt alienare? nõne fiunt furtiuę mobiles alienatæ à mal. fid. poſſeſ? Reſpon. de immobilibus dicit.

g *Verum pretium.* Not. verum pretium. nam bo. fid. dicit perceptũ: vt. s̃. ea. l. §. ait ſenatus. & facit infra eo. niſi. §. Iulianus. & hoc quãdo verum eſt plus, quàm receptum. Sed quid ſi plus vẽdidit quàm valeat? Reſpon. etiam ad receptum poterit conueniri, ne mal. fid. ſit melioris conditionis quàm bon. fid. vt infra de noxa. non ſolùm. Item huic reſpon. eſt contra infra eod. ſed & ſi lege. §. perinde. verſi. ſiue autem ab alio. ſed dic haberi pro eo, ac ſi poſſideret: verum eſt vt non liberetur rei interitu: non quòd in litem hoc caſu iuretur.

* redemerit.

g *Pretium.* id eſt partem pretij.

h *Præſtari.* à malæ fid. poſſ. de quo dicit.

i *Diſtraxiſſet.* id eſt diſtrahere potuiſſet: vt arg. j̃. de leg. j. cum res. in fine. Accurſius.

k DEperditum. *Deſiit.* item & aliter dicitur res interire: vt infra pro ſoc. l. verum. §. fina.

l *Vſucaptum.* quandoque aliter accipitur deminutum: vt. j̃. de dam. infect. l. iij. quæ eſt arg. contra. Accurſius.

m SI *& rem & pretium.* id eſt partem pretij redemerit pretio viliori, ita ſcilicet quòd ex pretio prius accepto aliquid penes eum remanſit. & ſic habet pretium, id eſt aliquid de pretio: puta vendidit pro. xx. & redemit pro. xv. Sed nunquid hic poſſidet pro emptore qui redemit: vnde non debet teneri peti. here. vt. s̃. eo. l. regulariter? Reſpon. hic tit pro non titu. habetur: vt aliàs ſupra eo. nec vllam. §. j. Vel dic, licèt ſit emptor, tamen & pro herede tenet: & ex pluribus cauſis poteſt poſſidere: vt. j̃. de acquir. poſ. l. iij. §. ex pluribus. ADDITIO. Iſtæ duæ ſolutiones glo. non placent ſecundum Bart. ideo dic aliter, quòd contractus emptionis tenuit: tamen tit. habetur pro non tit. ex eo quòd rem emit ab eo qui emit ab ipſo poſſeſſore: vnde non habet plus iuris quàm haberet prius, ſecundum eundem Bart.

n *Non pretium.* ſcilicet ſuperfluum.

o *Actoris.* etiam ſi rem non habeat, prædo ſubaudi, dummodo extet: vt ſupra eo. ſi poſſeſſor. §. fin.



audiendus ſit ſi velit rem dare, non pretium? [n] In prædone dicimus electionem eſſe debere actoris. [o] An hic magis poſſeſſor [p] audiendus ſit, ſi velit rem tradere, licèt deteriorem factam: non petitor ſi pretium [q] deſideret, [r] quòd inuerecundum ſit tale deſiderium: an verò quia ex re hereditaria locupletior ſit, & id quod [ſ] amplius habet, ex pretio reſtituere debeat, videndum. Nam & [t] in oratione diui Hadriani ita eſt: Diſpicite patres cõſcripti, nunquid ſit æquius poſſeſſorem non facere lucrum, & pretium quod ex aliena re perceperit, reddere: quia poteſt [u] exiſtimari in locum hereditariæ rei venditæ pretium eius ſucceſſiſſe, & quodammodo ipſum hereditarium factum. Oportet [x] igitur poſſeſſorem & rem reſtituere petitori, & quod ex venditione eius rei lucratus eſt.

Bonæ fidei poſſeſſor non tenetur ad pretium, niſi quatenus factus eſt locupletior. Bartolus.

XXIII. VLPIANVS *libro quintodecimo ad Edictum.*

VTrum autem omne pretium reſtituere debebit bonæ fidei poſſeſſor, an verò ita demum, ſi factus ſit locupletior, videndum. Finge pretium acceptum vel perdidiſſe, vel conſumpſiſſe, [y] vel donaſſe. Et verbum quidem *perueniſſe*, [z] ambiguum eſt, ſolùm [a] ne hoc contineret, quod

p *Poſſeſſor.* ſcilicet bon. fid. quàm ma. fi. Vel verius, magis quàm petitor.

q *Pretium.* totius rei venditæ: puta. xx. Vel dic, pretium quod ſupereſt poſt redemptionem: & eo vult eſſe contentus.

r *Deſideret.* id eſt audiendus ſit contrarium poſtulaturus, ſi rem meliorem factam ſciret. Azo. Et ſic not. nõ debere quem petere, cuius contrarium non peteret. ſic & infra de iureiuran. l. iuſiurandum. iiij. §. ait prætor. &. C. de ſolu. l. penul. Arg. contra. C. de procur. l. non eo minus. & infra loca. l. ea lege. j. reſpon. &. §. j. & infra in fin. huius legis.

ſ *Et id quod.* non ſolùm rem.

t *Nam &c.* iuſtè dubito: quia & in oratione hæc dubitatio ponitur.

u *Quia poteſt.* videtur quòd debeat reſtituere pretium quod lucratus eſt: quia, &c. & ſunt hæc verba de libello: vt dixi ſupra eo. item veniunt. §. præter hæc. verſic. pridie. Et not. hîc quòd pretium ſuccedit loco rei, quod eſt ſpeciale in petitione hereditatis: vt hîc, &. j̃. titu. j. l. cum multi. & in actione quod metus cauſa: vt ſupra quod me. cau. l. ſi ipſa. &. l. videamus. & facit argu. j̃. de dona. inter vi. & vxo. ſi donatæ. §. ſi ſponſus. &. j̃. manda. ex mãdato. & infra de verbo. ſignifi. l. Labeo. §. item ſi dominus. Regulariter autem cõtra: vt. j̃. de fur. l. qui vas. in fin. Item ſi ſtipulatus ſum hominem à te, & eum vendideris, non veniet pretium in ſtipulatione: vt infra de here. vel ac. ven. l. venditor ex. quæ ſunt arg. contra. ADDITIO. Dic ſecundum Bart. hîc, quòd in vniuerſalibus iudiciis pretium ſuccedit loco rei: vt hîc, & in. l. imperator. in fin. j̃. de lega. ij. ſecus verò in particularibus. & ita debet intelligi iſta gloſ. & hoc etiam tenent docto. in. l. mater. C. de rei vindi.

Pretium in petitiõe heredi. loco rei ſuccedit.

x *Oportet.* vſque huc fuerunt verba orationis: nunc autem ſoluit. Accurſius.

VTrum autem.] CASVS. Titius heredit. ad me perti. bon. fide poſſidebat: & ſic rem heredit. vendidit pro. c. quæ. c. amiſit. poſt hoc cœpi eum peti. heredit. conuenire: an teneatur ad illa. c? Et reſpon. quòd non: ex illa ſcilicet clauſula qua dicitur quòd bonæ fidei poſſeſſ. non tenetur niſi inquantum locupletior factus eſt. iſta autem clauſula eſt, quam dixerunt ſenatores, quòd idem quod peruenit, debet reſtitui. In hoc autem verbo dubitatur, an cõtineatur quod peruenit, & non durat: aut quod peruenit & durat: ſed tamen illa eſt ſolutio, vt dixi, quòd non teneatur ille Titius. Sed pone quòd ille venditor bonæ fidei pretium ſtipulatus eſt rei venditæ ſub pœna: puta. x. & ſic habuerit pretium & pœnam: nunquid hæc duo debet præſtare? Et reſpon. quòd ſic: cum factus ſit locupletior: quamuis ſenatus tantùm de pretio dixiſſet. Viuianus.

y *Conſumpſiſſe.* in malam partem: aliàs videtur locupletior: vt j̃. eo. ſed & ſi lege. §. quod autem quis.

z *Perueniſſe.* poſitum eſt. s̃. eo. item veniunt. §. item placere.

a *Solum.* id eſt an hoc verbum dicatur continere ſolummodo id quod, &c.

prima ratione fuerit: [a] an verò & id quod durat. † Et puto ſequentem [b] clauſulam ſenatuſconſulti, * & ſi [c] hæc ſit ambigua: [d] vt ita demum computet, ſi factus ſit locupletior.

Bonæ fidei poſſeſſor tenetur ad pretium & ad pœnam quæ loco pretij acceſſit: ſecus de pœna quæ occaſione iniuriæ perſonalis exacta fuerit. hoc dicit. cum. l. ſequen. Bartolus.

Proinde ſi non ſolùm pretium, ſed etiam pœna tardius pretio ſoluto peruenerit, [e] poterit dici, quia locupletior in totum factus eſt, debere venire: licèt de pretio ſolummodo ſenatus ſit locutus.

XXIIII. PAVLVS *libro vicenſimo ad Edictum.*

B AT vbi vi deiectus fuit, non debet reſtituere pœnam ex eo commiſſam, [f] quòd eam

a *Fuerit*. id eſt peruenerit, licèt non duret. ſic enim accipitur. ſ. quod met. cau. videamus.

b *Sequentem*. quæ eſt ſupra eo. item veniunt. §. eos autem. Azo.

c *Si*. id eſt quamuis.

d *Ambigua*. ſcilicet poſtea, quæ eſt. ſ. eod. item veniunt. §. item placere. Azo. &. ſ. eod. ſi poſſeſſor. §. ait ſenatus. verſi. ſed & ſi ſenatus. &. j. de verb. ſigni. l. aliud. &. j. de here. ven. l. ij. §. illud.

† Iſtum tex. dicit Bart. not. ad hoc quòd verbũ obſcurũ poſitũ in vno capite, declaratur ſeu interpretari poteſt per verba poſita in ſequẽtib' capitulis. facit infra. ad. l. Aquil. l. quẽadmodum. & inſti. ad. l. Aquil. §. hoc tamẽ capite.

* In vulgatis additur ſequendã eſſe, ſed rectè Florẽtię ſubauditur.

e *Peruenerit*. ſed quomodo peruenit pœna, cum in fraudem vſurarum promitti pręſumatur: vt infra de act. emp. l. Iulianus. §. idem Papinianus. quę eſt cõtra? Sol. pœna ponitur hîc, id eſt vſura. ſic ſupra de neg geſtis, qui ſine. Vel dic, non erat ſolitus fœnerari hîc poſſeſſor: ibi ſic. Item cum extrinſecus quæratur, quare reſtituit: vt ſupra eo. item veniunt. §. item nõ ſolum. quæ eſt contra? Solu. ibi non omnia extrinſeca excipit, vt non acquirantur: vt ibi diximus. & huic reſpon. continua. j. eo. l. ſed & ſi lege. & poſtea leges legem, at vbi. proximam infra.

AT vbi.] CASVS. Bonæ fidei poſſeſſor de fundo here. fuit deiectus: & aliquid fuit conſecutus: nunquid illam pœnam reſtituere debet? Et reſpon. quòd non. nam ſi à debitore heredi. fuit pœnam conſecutus, quam promiſit, niſi ſtaret certa die: & nõ ſtetit: an illam pœnam teneatur reſtituere? Et reſpon. quòd non. Sed pone quòd bon. fi. poſſ. vendidit rem ſub pacto legis commiſſoriæ pro. xx. & habuit. x. de pretio: alia. x. promiſit ſoluere certa die: & ſi non eſſent ſoluta illa. x. rem rehaberet: & prima. x. ſoluta remanerent penes venditorem: & ſic non ſoluit emptor. lucratus fuit illa. x. venditor, & rem habuit: quæ fuit facta inempta. nunquid tenetur reſtituere quod eſt lucratus? & certè ſic. [ITEM SI REM.] Rem her. ad me perti. poſſidebas: illam rem here. diſtraxiſti: ex illo pretio aliam comparaſti: pretium debes reſtituere: non rem ex illo pretio emptam. ſi res illa ex illo pretio empta minus valet quàm cõparaueris: etiam tantum mihi reſtitues, quantum valet res empta. [QVOD AIT.] Here. ad me pertinentem poſſidebas: ſiue habeas, ſiue habere deſiiſti, mihi teneberis: & ſi per culpam deſiiſti habere, vel non recepiſti quod potuiſti: bene teneris pro illo peti. here. & ſic de dolo & de culpa teneris: vt hîc. [QVOD AVTEM.] Si here. ad me perti. poſſidebas, & ſciebas quòd ad te non pertinebat: teneris de fructibus quos percepiſti, & quos percipere potuiſti, &c. [DE EO AVTEM.] Si here. ad me pertinen. & ſciens ad te non pertinere, poſſidebas: ſi hoc ſciuiſti ab initio, prædo es: ſed & ſi ex poſtfacto ſciuiſti ad me pertinere, eris prædo ex mente ſenatuſconſul. licèt ab initio habueris iuſtam cauſam poſſidendi: quia credebas te heredem eſſe, & non eras. & eſt ratio, parui enim, &c. vt in litera. [SCIRE.] Si here. ad me perti. poſſideas, & erres in iure, vel in facto: prędo non es: ſed ille eſt prædo qui prauam habet mentem. [SI ANTE.] Si here. ad me perti. poſſideas: ſi res alienaſti: per ſenatuſc. teneris ac ſi poſſideres, ſcilicet poſt litem cõteſta. bene teneris: quia poſt lit. conteſt. omnes poſſeſſores ſunt malæ fidei. nam & poſt motam controuerſiam ante lit. conteſta. eſt malæ fidei poſſe. nam ex eo tempore omnes poſſeſſores ſunt pares. nam & ſi ante lit. conteſta. alienauit, tenetur ac ſi poſſideat. & hoc eſt verum quando ab initio fuit malæ fidei poſſeſ. [PROINDE.] Titius dolo malo here. ad me pertinen. poſſidebat, vel poſſidere cœpit, & eam dolo malo deſiit poſſidere: vel noluit admittere, quod potuit, &c. an ſit condemnandus ac ſi poſſideat, quæritur. Et reſpon. quòd ſic. Et ſi apud alium eſt res quam Titius dolo malo deſiit poſſidere: tenetur Titius: licèt perierit res. Item tenetur tam Titius qui dolo deſiit poſſidere, quàm ille qui poſſidet. & ſic tenentur ambo de fructibus. [HÆC VERBA.] Here. ad me pertinen. poſſidebas: rem heredi. habere dolo deſiiſti: teneris ac ſi poſſideres: & non reſtat niſi iurare contra te in litem. vnde dicitur hîc, quòd iuratur in litem aduerſus eum qui dolo deſiit poſſidere: & aduerſus eum qui poſſidet, in litem iuratur. [CONSVLVIT.] Here. ad me pertinentem poſſidebas bona fide: multa damna dediſti in illa heredi. an tenearis de conſumptis? Dicitur quòd non, niſi inquantum eſſes locupletior. quod ſi donaſti, an tenearis? Et reſpon. quòd non teneris pro illa re peti. heredit. ſed ſi ille cui donaſti aliquid, adinuicem remunerationis gratia tibi dedit: bene es tunc locupletior. [SI QVIS RE.] Credebas tibi delatam A heredit. quæ ad me pertinebat. vnde re tua lautius fuiſti vſus, & de tuo proprio impendiſti: & hoc facis quaſi diues eſſe cœperis: an aliquid de heredit. illa deducis ſi eam à te euicerim? Et reſpon. quòd non deduces aliquid. vnde ſiue mutuo accepiſti pecuniam, non deduces de heredit. & ſi res heredit. obligaſti, non videris res hereditar. attigiſſe: quia manes obligatus. [ADEO AVTEM.] Quidam fecit teſtamentum, & duos heredes inſtituit. quidam ex illis heredibus credens totam hered. ad ſe pertinere, cum eſſet ex ſemiſſe inſtitutus, cœpit eam totam poſſidere, & medietatem aſſis conſumpſit. quæritur an partem ſuam tãtùm, an partem coheredis tantùm, vel ex parte conſumpſerit, id eſt intelligatur præſumptione iuris conſumpſiſſe? Et reſpon. quòd id quod expenſum eſt, videtur cedere de parte vtriuſque, & de reſiduo reſtituet medietatem: & aliam medietatem retinebit: & inducit ſimile: quia ſi ille qui credit ſe heredem, cum non eſt, poſſideat, & conſumat eam: non tenetur reſtituere. ſimiliter & hic videtur. [QVOD AVTEM.] Dic vt ibi. [ITEM SI REM.] Si rem heredit. ad me pertinentem poſſidebas, & quaſdam res heredita. vendidiſti, & pretium habuiſti quod poſtea amiſiſti: nunquid poſſum vindicare res ab emptore? C & diſtingue: aut illi emptores habent regreſſum de euictione contra te, & non poſſum illos emptores conuenire. repellunt enim me illi emptores per exceptionem. in medio tamen allegat quòd non repellar: quia non fit præiudicium heredit. petitioni proponendæ: & verè non fit præiudicium: quia emptores iſti regreſſuri ſunt ad eum qui diſtraxit. & ſi reſtituat pretiũ, emptores non poſſunt venditorem repellere: ſed tamen dicit quòd poſſunt repellere: vt dixi. [SI MINORI.] Heredi. ad me pertinentem poſſidebas, rem heredit. diſtraxiſti minori pretio: & illud à te fui conſecutus. ſi agam contra emptorem, repellar exceptio. ab emptore: quia ſi ſoluiſti mihi quod exegiſti à debitore hereditario, liberatur debitor hereditarius. & hoc eſt verum etiam ſi ſit malæ fidei poſſeſſor: vt dicit Iulianus. [PETITIO.] Heredit. ad me pertinentem poſſidebas: habeo contra te petit. hered? Dicitur hîc quòd hæc petitio hered. eſt in rem & in perſonam ratione diuerſorum ex rebus hered. redactorum: & D ſic eſt mixta. [HOC SENATVS.] Ego & tu in quadam hered. ſumus heredes. ſi de illa heredit. fructus percepiſti: quatenus plus percepiſti quàm debes. mihi reſtitues: cum diuidamus hereditatem: ſicut in petit. heredit. vbi ſi non eſſes heres in aliquo, reſtitueres eam mihi cum fructibus. ſic ergo fit vt in fa. er. iudicio. [AVGENT.] Titius heredi. ad me pertin. poſſidebat, & bona fide: & de illa re partum & fructum & fœtum percepit, & etiam penſiones, quia locauit prædia vrbana etiam meretricibus vel aliis. accepit mercedes vel operas ſeruorum, vecturas iumentorum. an hæc omnia veniant in heredit. peti. quæritur. Et reſpon. quòd ſic. & hoc dicit vſque ad. l. Iulianus.

f *Ex eo commiſſam*. quòd vi deiectus eſt: & loquitur hîc de pœna quam conſecutus eſt occaſione iniuriæ ſibi illatæ cum deiectus fuit: quam reddere non debet: cum dicitur pœna perſonæ, non rei: vt infra de ædilit. edict. & redhib. l. bouem. §. ſi quis ſeruum. Vel dic quòd hîc loquitur de pœna conuen- E tionali quam deiector ei promiſit ſi eum deiiceret. pœnam autem lege introductam reſtituit: vt infra eod. l. illud. §. actiones. &. l. euicta. & ſupra eod. quod ſi in diem. §. Iulianus. quæ ſunt contrariæ. Sed quare dicitur contra in pœnam pretij tardius ſoluti: vt ſupra. l. proxi. in fine. & infra. l. proxi? Reſpon. prædicta ideo contingere, quia pœnæ tales in locum pretiorum ſuccedunt: pretia autem in locum rerum: vt ſupra eod. l. ſi & rem. vnde præſtantur tales pœnæ ſicut res ipſæ, vel earum pretia. In his autem duobus caſibus, ſcilicet ſi pœnam ſtipulatus ſim ſi me deiecerit: vel cum ſtipulatus ſim ſi non ad iudicium veniret, nullum pretium ſtatutum fuit: vnde in eius locum non poteſt dici pœnam ſucceſſiſſe: vt argum. infra ad. l. Falci. l. iij. §. j. Vel aliter dicas, & apertius, vbi verus heres rem amittit, propter factum ipſius bonæ fidei poſſe. æquum eſt vt omne lucrum & omnis pœna debeat. ei reſtitui. amittit autem cum ipſe bonæ fi. poſ. vendit. nec enim poteſt conuenire poſſeſſorem

poſſeſſorem rei : quia regreſſum habet ad bo.fi. poſ.hereditatis: vt infra.l.proxi. §. item ſi rem. Quid ergo dicam de.l.commiſſoria:nam ibi non eſt res commiſſa: quia reſoluta eſt venditio? Reſpon.idem eſt. nam & ſi non ſit amiſſa: quia tamen propter alienationem rei & eius amiſſionem faciendam eſt conſecutus, debebit reddere. In his verò duobus caſibus res omnino nō amittitur: imò nihil omnino præiudicij vero heredi paratur circa rē: vnde ſatis eſt ſi legalem habet pœnā,non conuentionalē: quia eā ex ſua negotiatione habet poſſeſſor:vt hîc,& infra de her.ven.l. venditor ex.

a *Actor*.qui agit petitione hereditatis.

b *Sed & ſi lege*. vel nō ſit hîc copula,vel iūge cum tertia. l.ſuperiori.& dic quòd vendidit accepta parte pretij, vel plus, quod penes eum remanſit:vt ȷ̃.de lege commiſſ.l. de lege commiſſoria.Ac.

c *Item ſi rem diſtraxit*. bonæ fidei.

d *Conuertit*.Ex hoc ergo no.quòd ſuo nomine emit . aliàs res hereditario nomine empta veniret, maximè quia pecunia hereditaria erat : vt ſupra eod. item veniunt. §.j. &.ij. quæ ſunt cōtra. & ſic etiam emit nomine hereditario ille qui fuit rogatus reſtituere quicquid ſupereſſet de hereditate tempore mortis : vbi res emptæ ex pecunia hereditaria veniunt in reſtitutionem: vt infra de leg. ij. imperator.§. fina.&.l. ſeq. quæ ſunt contra.

Tertia clauſula.l.20.§. eod.

e *Sed & ſi res*. ſuo nomine, non hereditatis empta.

f *Si conſumpſiſſet*. pretium.

g *Non videbitur*. ſcilicet inquantum nō conſumpſit : vt ar.infra de dona.inter vi.& vxo.l.ſi ſponſus.§.circa. in fi.§.&.ȷ̃.eo.l.§.cōſuluit.&.l.Iulianus. Sed arg. contra.ſ.quod me.cau. ſi ipſa.Et hoc niſi conſumptio in eam rem ſit facta, in quam tātumdem de ſuo erogaſſet:vt infra eo.§.quod autem.& infra de ſolu.l. in pupillo. Sed ſi habes,non,plana eſt.Accurſius.

h *Quod ait ſenatus*.vt ſupra eo.item veniunt.§.item qui.

i *Poſſiderent*. abſque pretio fortè.ſi cum pretio,tunc multo magis tenentur.

k *Quaſi poſſiderent*.hucuſq; verba edicti materialiter ponuntur.

l *Præteritus*.ſcilicet ante litem conteſt.commiſſus : vt infra ea.l. §.ſi ante litem in fi.

m *Sed & culpa*.vt ſupra eo.& non tantum.§.veniunt. verſi. imò & ſubiicit exemplum de eo qui non exegit.ſed cum ſit ma.fi.poſ. qualiter exigere potuit:vt. ȷ̃. eo. ſi quid.§. ſicut. verſi. illud? Reſpon.malæ fi. poſ.vocat heredem ſcriptū in eo teſtamento quod ſciebat inofficioſum:interim tamen ante perlatam querelam eſt heres:& ideo exigere poteſt : vt infra de vulg. ſub. l. in ſubſtitutione.Vel ſciebat ſibi auferri debere hereditatem, cum non vindicauerit necē defuncti:vt.ȷ̃.de vul.ſub.l.ex facto.§.Iulianus.ſed his obloqui videtur quod in iſto. §. dicitur de eo qui nullam habet cauſam poſſidendi: vt in ſeq. §. exponitur. Sed reſpon.& hic nullam videtur habere cauſam : quia ſi ſciens eſt, auferenda eſt ei hereditas:vt.C. de his qui.vt indig.l.j. & ſupra eod. nec vllam. §.j.&.l.etiam.aliàs,nec vllam.§. Neratius.&. §. ſi quis.& infra de vul.ſub.l. ex facto. §. Iulianus. Vel dic hunc malæ fidei poſſ.eſſe ex cognatis veri heredis, qui ſine mandato agere poſſunt : vt ſupra de neg.geſt. ſi autem. & ſupra de procur.ſed & hæ. Vel dicas ei fuiſſe mandatum à vero herede vt & ageret & gereret negotia hereditaria non animo adeundi,ab eo cui mādatum eſt vt poſſideret pro herede, vel pro poſſeſſore : ipſe autem poſtea ſuo nomine occupauit omnia. Fortè obiicies, ibi conuenit eum ex mandato. Reſpon. propter culpam eum conueniri peti.hered.licèt propter mandatum culpa puniatur, ſecundum Azo. Vel dic ſecundum quoſdam,quòd de facto debuit tentare.Alij quòd debitores offerunt pecuniam:quod non placet: quia exigere eſt ab inuito extorquere : vt ȷ̃. de leg. iij. fideicommiſſa.§.ſi rem.

Exigere quid ſit.

actor [a] habere non poteſt. ſic nec pœna reſtitui debet quam aduerſarius ei promiſit ſi ad iudicium non venerit.

XXV. VLPIANVS *libro quintodecimo ad Edictum.*

Sed & ſi lege [b] commiſſoria vendidit:idem erit dicendum, lucrum quod ſenſit lege cōmiſſoria,præſtaturum.

Bonæ fidei poſſeſſor tenetur in quantum ex pretio factus eſt locupletior, & non vltra. Barto.

Item ſi rem diſtraxit, [c] & ex pretio rem aliam comparauit veniet pretium in petitionem hereditatis: non res quam in patrimonium ſuum conuertit. [d] Sed ſi res [e] minoris valet quàm comparata eſt: hactenus locupletior factus videbitur, quatenus res valet: quemadmodum ſi conſumpſiſſet, [f] in totum locupletior factus non videbitur. [g]

Hic iuriſconſultus incipit exponere tertiam partem ſenatuſconſulti de malæ fidei poſſeſſore:ideo recitat eius verba ad literam. hoc dicit. Prædo ſiue poſſideat, ſiue dolo deſierit poſſidere, ſiue eius culpa aliquid acciderit, hac actione tenetur. Bartolus.

Quod ait ſenatus, [h] † *eos qui bona inuaſiſſent quæ ſcirent ad ſe non pertinere,etiam ſi ante litem conteſtatam fecerint quo minus poſſiderent*, [i] *perinde condemnandos quaſi poſſiderent:* [k] ita intellegendum eſt,vt & dolus præteritus [l] in petitionem hereditatis deduceretur, ſed & culpa. [m] & ideo ab eo qui ab alio non exegit,vel à ſemetipſo,ſi tempore eſſet liberatus, peti hereditatem poſſe.hoc vtique ſi exigere [n] potuit.

Prædo dicitur, qui nullam cauſam poſſidendi habet : & tenetur de fructibus perceptis & percipiendis. Bartolus.

Quod autem ait ſenatus, *eos qui bona inuaſiſſent*, loquitur de prædonibus:id eſt de iis qui cum ſcirent ad ſe non pertinere hereditatem, inuaſerunt bona: ſcilicet cum nullam [o] cauſam haberent poſſidendi. Sed & fructus non quos perceperunt inquit, [p] ſed quos percipere debuerunt, [q] eos præſtaturos.

Quantum ad fructus paria ſunt ab initio malam fidē ſubeſſe, vel ex poſt facto ſuperuenire. Bartolus.

De eo autem loquitur ſenatus, qui ab initio mente prædonis res hereditarias apprehēdit. Quòd ſi ab initio quidem iuſtam cauſam habuit apiſcendæ poſſeſſionis, poſtea verò conſcius ad ſe nihil [r] hereditatem pertinere, prædonio more [ſ] verſari cœpit:nihil ſenatus loqui videtur. puto tamē & ad eum mentem ſenatuſconſulti pertinere. Parui etenim refert, [t] ab initio quis doloſè in hereditate ſit verſatus:an poſtea hoc facere cœpit.

Error iuris non inducit malam fidem. Bartolus.

Scire ad ſe non pertinere vtrum is tantummodo videtur qui factum ſcit, [u] an & is qui in iure errauit? Putauit enim rectè [x] factū teſtamentum,cum inutile [y] erat: vel cum eum alius præcederet adgnatus, ſibi potius deferri. [z]

n *Si exigere*.quia ei obtulerunt debitores : vt arg.infra ea.l.§. proinde inquit. quod nō placet propter verbū exigere, vt modo dixi. ſed hoc referas ad ſequen. nam ſi non potuit à ſe exigere,nō tenetur : vt ſupra de nego. geſto.l. diuortio.§.ſed dic quidam.quo ad alios autē bene potuit:vt dixi.

o *Nullam*. nec de facto, nec de iure, quia putarēt ſe eſſe heredes.

p *Inquit*.ſ.ſenatus.

q *Debuerunt*. ſic eſt & in ſimplici actione in rem:vt inſtitu.de offic. iudi. §. & ſi hereditas. verſi.illorum.&. C. de rei vindi. l. certum. in princip. & infra de rei vindi.l. ſi nauis.§.fina.& facit.ȷ̃.ea.l.§.vtrum.

r *Nihil*.id eſt non.

ſ *More*.aliàs opere.& alias more. Accurſius.

t *Parui etenim refert*.quo ad fructus de quibus hîc dicit: ſed quo ad fatalitatem ſic refert:vt infra eo. illud. Item refert etiam quo ad fructus in eo qui titulum habet:vt infra de vſu.l.qui ſcit. in fi. Et no.hîc.quòd parui refert an ab initio quid ſit : an poſtea pendente facto.ſic ſupra de iud.ſi à me.&.C.de rei vin.l.certum in fi. & inſti.de offi.iud.§.& ſi hereditas.verſi.illorum.in fi.Sed ar.contra infra de acqui.poſ.clam.j.reſpon.vbi origo nanciſcendæ poſſeſſionis exquiritur:vt ſupra de arbi.non diſtinguemus . §. ſacerdotio &.C.de vſuca.transfor.l.j.§.hoc tantummodo. vbi ſufficit ab initio bona fides. ADDITIO. Dic quòd omnia ſupraſcripta contraria poſſunt vindicare ſibi locum in ſingulari petitione: ſecus in petitione hereditatis:vt non referat an ex poſtfacto,vel ab initio habuit malam fidem:vt hîc ſecundum.Bar.

u *Qui factum ſcit*.ſcilicet & ius.

x *Rectè*.id eſt ritè.nam ritè ius,quia ſit ibi ſolennitas teſtium : & aliàs rectè cauſam denotat, vt inſtituat quem debet : puta filium non exheredet.

y *Inutile*.& ſic in iure errauit:ſed potuit & in facto errare: vt.C. de iur.& fac.igno.l.ſi poſt diuiſionem.

z *Deferri*.ſ.putauit:ideo fortè quia teſtator plus eū diligebat: & hic eſt error iuris:vt.ȷ̃.de iur.& fac.igno.l.j.§.idem eſt ſi frater.

Et non puto [a] hunc eſſe prædonem, qui dolo caret, quamuis in iure erret.

Poſt litem conteſtatam omnes poſſeſſores ſunt pares:& tenentur vt prædones. Bartolus.

*Si ante litem conteſtatam* (inquit) *fecerint*. Hoc ideo adiectum, B quoniam poſt litem conteſtatam omnes incipiunt malæ fidei poſſeſſores eſſe: quinimò poſt † controuerſiam [b] motam. Quamquam enim litis conteſtatæ mentio fiat in ſenatuſconſulto, [c] tamen & poſt motam controuerſiā omnes poſſeſſores pares fiunt: & quaſi prædones tenentur. & hoc iure hodie vtimur. Cœpit enim ſcire, [d] rem ad ſe non pertinentem poſſidere ſe is qui interpellatur. Qui verò prædo eſt & ante litem conteſtatam doli nomine tenebitur. hic eſt enim dolus præteritus. [e]

Iuris error prodeſt, cū quis nequiuit conſulere peritos.

† Ante conteſtationem controuerſia propriè dicitur, non lis. Cuiac. lib. 9. obſ. c. 21.

Qui dolo deſiit poſſidere, vel dolo non acquiſiuit vt poſſeſſor tenetur ad rē & ad fructus: & contra eum iuratur. Bartolus.

*Perinde*, inquit, *condemnandos quaſi poßiderent*: merito. nam is qui dolo fecit quò minus poſſideret, vt poſſeſſor condemnatur. Accipies, ſiue dolo deſierit poſſidere, ſiue dolo poſſeſſionem noluerit admittere. [f] Siue autem D ab alio res poſſideatur, [g] ſiue in totum non extet: locum habebit [h] hæc clauſula. Vnde ſi ſit alius poſſeſſor: ab vtroque hereditas peti poſſit: [i] & ſi per multos ambulauerit poſſeſſio, omnes tenebuntur. Sed vtrum is ſolus qui poſſidet: fructus præſtabit: an etiam is qui dolo fecit quo minus poſſideret? Et dicendum erit, poſt ſenatuſconſultum ambo * teneri. [k] Hæc verba [l] ſenatuſconſulti etiam aduerſus eum qui non poſſidet, iuſiurandum inducunt: tam enim aduerſus eum qui dolo fecit quo minus poſſideat, [m] quàm aduerſus poſſidentem [n] in litem iuratur.

* ambos.

Hîc incipit exponere quartam partem ſenatuſconſulti, quæ loquitur de bonæ fidei poſſeſſore: & hoc dicit: Bonæ fidei poſſ. tenetur inquantum factus eſt locupletior: nec dicitur quis locupletior, licèt alium obligatum habeat naturaliter ad antidora: niſi antidora ſint ſoluta. Bartolus.

Conſuluit [o] ſenatus bonæ fidei poſſeſſoribus, ne in totum [p] damno adficiantur, ſed in id duntaxat teneantur in quo locupletiores [q] facti ſunt. C Quemcunque igitur ſumptum fecerint ex hereditate, ſi quid dilapidauerunt perdiderunt dum re ſua [r] ſe abuti putant, non præſtabunt. Nec ſi donauerint, locupletiores facti videbuntur: quamuis ad remunerandum ſibi aliquem naturaliter obligauerunt. [ſ] † Planè ſi ἀντίδωρα [t] acceperunt, dicendum eſt eatenus locupletiores factos, quatenus acceperunt: velut genus quoddam hoc eſſet permutationis. [u]

Poſſeſſor dicitur locupletior, ſi res extant apud eum, licèt earum contemplatione de ſuo latius expenderit. Bartolus.

Si quis re ſua lautius [x] vſus ſit contemplatione delatæ ſibi hereditatis: Marcellus libro quinto Digeſtorum putat nihil eum ex hereditate deducturum, ſi eam non attingit. [y] * ſimili modo & ſi mutuam pecuniam accepit, [z]

* attigit.

a *Et non puto*. ſi non eſt prædo, ergo facit fructus ſuos: & ſic iuris error ei prodeſt in acquirendo. & ita eſt contra infra de iu. & fac. igno. l. error. ij. reſpon. & l. iuris ignorantia. j. reſpon. Reſpon. hîc in retinendo prodeſt, non ſi agere velit: vt ibi. Vel dic quòd hîc efficaciter non adquirit, cum reſtituere teneatur per peti. here. id in quo eſt locupletior. Vel dic quòd hîc non dicit quòd ſit bonæ fidei poſſ. vel faciat fructus ſuos: ſed quia non eſt prædo. non ergo ſequitur quòd ideo ſit bonæ fid. poſ. quia ma. fid. poteſt eſſe: ſicut lege ſeu fictione legis præſumitur: vt. C. de agri. & cen. l. quemadmodum. lib. xj. Vel hîc non potuit conſulere peritiores: ibi ſic. argu. infra de bon. poſſ. l. in bonorum. ſecunda verior eſt. Item eſt argu. contra infra de inſtitu. l. ſed & ſi pupillus. §. cæterùm. vbi & in errore facti nō parcitur: ſed ibi fuit ſupinus: vt j. de iur. & fac. igno. l. regula. §. j.

b *Controuerſiā*. ſpeciale in peti. here. vt poſt motam cōtrouerſiam cenſeatur ma. fi. poſ. ſecus in ſingularibus: vt ſumitur. C. de rei vin. l. certum. Tamen in rei vin. quandoque idem video: vt. C. de rei vin. ſi fundū. & de act. emp. ſi minor. & infra quæ in frau. cre. l. ait prętor. §. ſi quis.

c *Senatuſconſulto*. quaſi ſolus prædo teneatur nomine doli ante lit. conteſt. cum tamen & in bonę fi. poſſ. idem: ſi modò poſt motā controuerſiam.

d *Cœpit enim ſcire*. ex hoc colligit M. ad hoc quòd aliquis ſit malæ fi. poſ. poſt litē conteſtatā, debet ſcire ad alium pertinere. idē dicit Alex. & ſic intelligūt. C. de rei vin. ſi fundū. & C. de reſcin. ven. ſi maior. Ioan. contra. nam ius præſumit malam fidem: vt. j. eo. ſi quid poſſeſſor. §. ſicut. & C. de adquiren. poſ. l. cum nemo. Item no. quòd poſſeſſor hereditatis facta cōtrouerſia per omnia habetur malæ fidei, vt hîc, & s. eo. item veniunt. §. petitam. & §. ſequen. & infra eod. ſi quid E poſſeſſor. §. ſicut. niſi quo ad fatalitatem: vt infra eo. illud. Nam & vſuras pretiorum præſtat: vt. j. eo. heres. §. fi. at in rei vind. demum lite conteſtata fit malæ fidei quo ad fructus: vt. C. de rei vind. certum. non quantum ad vſucapionem triennij complendam: nec quantum ad hoc quin ſuos faciat fructus, ſed eos (ſicut dictum eſt) reſtituit: ſicut & rem vſucaptam: vt. j. pro empt. l. ij. §. fina. & j. de rei vind. ſi poſt. ſed ſecundum M. vſucapio etiam lit. conteſt. interrumpitur. & dictæ leges hodie ſunt correctæ: vt. C. de anna. except. l. vt perfectius. in fi. Sed dic quòd illa in quatuor caſibus tantùm loquitur. In præſcriptione autē. x. vel. xx. vel. xxx. anno. conſtat fieri interruptionem ſecundum omnes: vt. C. de rei vin. l. more. Item de fatalitate tenetur: vt. j. de leg. j. cum res. in fi. & j. eo. illud. circa princ. & hoc ſcribit Azo in ſum. in qui. cau. in integ. reſti. non eſt neceſſ.

e *Dolus præteritus*. vt infra depoſi. l. j. §. ſi apud ſeruum. verſi. non tantùm.

A f *Admittere*. vt. j. ſi quis omiſ. cauſa teſta. l. j. §. ſanè. & j. de here. ven. l. ij. §. non tantum. & §. ſed & ſi quid. Sed argu. contra infra de his quæ in frau. credi. l. qui autem. in princip. ADDITIO. Pro ſolutione huius contrarij vide no. per Dy. in. l. j. in princ. de tabu. exhiben.

g *Poßideatur*. quā prædo poſſidere deſiit.

h *Habebit*. ſed ſupra eo. ſi poſſeſſor. in fi. cōtra. Solu. vt ibi.

i *Peti poßit*. poſſeſſore tamen rem reſtituente liberatur qui dolo deſiit poſſidere: non ita econtra: vt infra de ſol. Stichum. §. dolo. & ſupra eo. etiam. §. penul. Accurſius.

k *Teneri*. ſ. ad fructus.

l *Hæc verba*. iſta perinde condēnandos quaſi poſſiderent: quę ponūtur ſupra proxi. §. & l. item veniunt. §. itē eos.

m *Poßideat*. vt. s. eo. ſi poſſeſſor. §. fin.

n *Poßidentem*. ſi nolit reſtituere: vt infra de in lit. iuran. l. in actionibus. & j. de rei vin. qui reſtituere.

o *Cōſuluit*. vt. s. eo. itē veniunt. §. eos autem.

p *Ne in totum*. id eſt in totum ne: quaſi dicat, ne in aliquo.

q *Locupletiores*. Quòd inſpicitur tempore rei iudicatæ: vt infra eo. ſi à domino. §. quo tempore. & facit. j. de condict. indebi. l. iij. in fine.

r *Re ſua*. ſic infra eo. l. ſi quid poſſeſſor. §. ſicut. Azo.

ſ *obligauerunt*. Hæc naturalis obligatio ex puris & meris motibus animi cuiuſq; deſcendit. Omnis enim creatura mouetur ad bene faciendum ei qui ſibi benefacit: & talis obligatio ex inſtinctu naturæ procedit: & nō eſt illa talis donatio quæ ex nudo pacto naſcitur. nam illa eſt efficacior, vtpote cum non ſit donatio ſi id quod per pactum nudū naturaliter debetur, ſoluatur: vt. j. de donat. hoc iure. §. penult. Si autē quod inſtinctu naturæ debetur, ſoluatur: donatio eſt ſine dubio: quæ nomē aſſumit remunerationis: vt. j. man. E l. ſi verò non remunerandi. in princ. & l. ſi remunerandi in princ.

† Vnde Athenis actio aduerſus ingratos cōſtituta eſt, & rectè: quia dandi & accipiendi beneficij commercium, ſine quo vix vita hominū extat, pdit & tollit quiſquis benemerito parē referre gratiā negligit. Valer. lib. 5. cap. 3. de Ingratis.

t *Planè ſi antidora*. id eſt contraria dona. ab anti, quod eſt contra. imò remunerationes.

u *Permutationis*. fit enim illud hereditarium, ſicut pretium rei diſtractæ: vt ſupra eo. ſi & rem. Sed non ſic contra eſſet in re empta ex pecunia hereditaria: vt ſupra eadem lege. §. primo.

x *Lautius*. id eſt ſplendidius. Poteſt & latius legi, authore Duare. j. diſputa. cap. 5. Sed huiuſmodi Duareni emēdatio contra fidem omnis ſcripturæ ferri non debet. Cont.

y *Attingit*. ſcilicet corporaliter: vt. C. eo. l. ſi poſſeſſor primo reſponſo. & infra de rei vindi. ſi nauis.

z *Accepit* contemplatione hereditatis: ſed certè imò & hoc caſu attingere videtur: vt. j. de donatio. inter virum & vxorem. l. ſi id quod. §. illud conſtat. vbi dicit quòd mulier accipiēdo mutuum, videtur quaſi annuum conſumpſiſſe. Item ſimiliter videtur contra: vt. j. de donat. inter virum & vxorē. l. quod autem. §. j. & l. ſi

ſponſus

ſponſus.§.ſi maritus.Sol.ibi ſecus,quia non tanquam inter infeſtos ſunt habendæ: vt eo.titu.l.ſi id quod.§.ſi quis. Item ibi habet donatarius voluntatem donantis: hîc non habet poſſeſſor voluntatem heredis.Item contra.j̃.de dona.inter virum & vxorem.cum hic ſtatus.§.ſi maritus. ſed ibi dicit quòd obligãdo donator videtur reuocare: hîc autem quòd obligando non videtur attingere. vnde eſt alius caſus.

* diues eſſe cœperit.

a *Vel ſic*.pro ſaltem.

b *Quod eſt difficile*. id eſt impoſſibile. ſic.j̃.pro ſoc.l.de illo.Econtra.j̃. de his qui deie. vel effu.l.ij.& erit ratio optima quæ ſequitur, cum ipſe,&c.quia perſonalis obligatio non ſequitur fundum: vt j̃.ad Trebel.l.j.§.ſi heres.Azo.

c *Ex aſſe*. cum eſſet ex parte heres.

d *Conſumpſerit*. in res neq; vtiles, neque neceſſarias,alioquin contra:vt j̃.proxi.§.Azo.

e *Tractat*.ſcilicet quęrendo,& ſoluendo.

f *Sed ad coheredes*.quod videtur,nã & ſi is,&c.

g *Non tenetur*. vt.s̃.ea.l.§.cõſuluit.quod ergo erat in toto, idem in parte videbatur: ſed non erit ita.

† Sic Flor. vide Ant. Aug.lib.2.c.2.in theoriis l.j.& 2.s̃.de cõſir Digeſt. in vulgata editione diuiſionibus.

h *Viſionibus*. id eſt cõmentationibus,ſpeculationibus,theoriis.vide Anto.Aug.lib.2.ca.2.Vulgò,diuiſionibus, id eſt tribus membris per diuiſionẽ poſitis: vel tribus opinionibus diuerſis relatis dico à Marcello: non tamen in ſuperiori litera continentur: ſed aliàs ſcripſerat Marcellus illas diuiſiones in ſua quæſtione, ita ſcilicet, vtrũ in nihilum teneretur quaſi totũ id quod eſt conſumptũ, fuerit coheredis: vel vtrum teneretur in totum quaſi ſuam dimidiam conſumpſerit: vel vtrum teneatur pro dimidia eius quod ſupereſt: quaſi id quod eſt conſumptum ex vtriuſque portione, pro rata conſumptum videatur.

i *Vna prima*. ſcilicet an qui erogauit, teneatur in nihilum.

k *Alia*. qua continetur poſſe dici,&c.

l *Tertia*. qua continetur vtrique,&c.Azo.

m *Ait*. ſcilicet Marcellus.

n *Nonnihil*. ergo reprobatur prima opinio.

o *Puto*. ego Vlpianus.

p *Reſiduum*. quod non fuit conſumptum.

q *Dimidiam*. non eſt ergo eadem ratio totius ad partem: vt ex hoc.§. oſtenditur. Et eſt ratio: quia vbi in nihilum heres eſt, certum eſt ex hereditate & non de ſuo eſſe conſumptum & dilapidatum. meritò ergo totum de hereditate decedit. at vbi eſt pro parte heres: quia incertum eſt vtrum de ſuo, id eſt de ſua portione ſit conſumptum, an de portione alterius: meritò ſtatuitur vt pro rata pottione ex vtraque decedat. Item not. hic quòd media via eligitur. ſic infra ad Trebellianum. l. Titius rogatus. Sed argu. contra ſupra negotiorum geſtorum. l. Ne-

Medium tenuere beati.

quaſi diues ſe deceperit. * Si tamen pignori res hereditarias dedit, videndum an vel ſic [a] attingatur hereditas. quod eſt difficile, [b] cum ipſe ſit obligatus.

### Expenſa præſumitur in dubio facta de parte expendentis, & alterius. Bartolus.

Adeò autem qui locupletior factus non eſt, non tenetur, vt ſi quis putans ſe ex aſſe [c] heredem, partem dimidiã hereditatis ſine dolo malo conſumpſerit: [d] Marcellus libro quarto Digeſtorũ tractat [e] num non teneatur: quaſi id quod erogauerit, ex eo fuerit quod ad eum non pertinebat, ſed ad coheredes. [f] Nam & ſi is qui heres non erat, totum quicquid apud ſe fuit, cõſumpſiſſet: ſine dubio non tenetur, [g] quaſi locupletior non factus. Sed in propoſita queſtione tribus viſionibus [h] † relatis, vna prima, [i] deinde alia, [k] poſſe dici totũ quod ſupereſt, reſtituere eum debere, quaſi ſuam partẽ conſumpſerit: tertia, [l] vtrique quod conſumptum eſt, decedere: ait [m] vtiq; nonnihil [n] reſtituendũ: de illo dubitat, vtrum totũ, an partem reſtituendã dicat. Puto [o] tamen reſiduum [p] integrũ non eſſe reſtituẽdum, ſed partẽ eius dimidiam. [q]

### De eo quod bonæ fidei poſſeſſor expendit de hereditate, illud ſibi imputatur, quod aliàs erat impenſurus ſi ſe heredem nõ exiſtimaſſet. Bartolus.

Quod autem [r] quis ex hereditate erogauit, vtrum totum decedat, an verò pro rata [ſ] patrimonij eius? vt puta penum [t] hereditarium ebibit: [u] vtrum totum hereditati expenſum feratur, an aliquid & patrimonio eius? vt in id factus locupletior videatur, quod ſolebat ipſe erogare ante delatam hereditatem? [x] vt ſi quid lautius contẽplatione hereditatis impendit, in hoc non videatur factus locupletior: in ſtatutis verò ſuis ſumptibus videatur factus locupletior. Vtique enim etſi non tam laute erogaſſet, [y] aliquid tamẽ ad victum cottidianum erogaſſet. Nam & diuus Marcus in cauſa Pythodori, [z] qui rogatus erat, quod ſibi ſuperfuiſſet ex hereditate, reddere: decreuit, ea quæ alienata erant non minuendi fideicommiſſi, [a] * nec pretium in corpus patrimonij Pythodori rediſſe: † & ex proprio Pythodori patrimonio, & ex hereditate decedere, non tantùm ex hereditate. Et nunc [b] igitur ſtatuti [c] ſumptus vtrum ex hereditate decedent [d] exemplo reſcripti diui Marci, an ex ſolo [e] patrimonio, videndum erit. Et verius eſt vt ex ſuo patrimonio decedant ea quæ & ſi non heres fuiſſet erogaſſet. [f]

### Difficilis eſt, & hoc dicit: Si iudicium vniuerſale per particulare conſumitur, non obſtat exceptio: ne ei præiudiciũ fiat. Item emptor poteſt vti exceptione ex perſona venditoris, ne bonę fidei poſſeſſor teneatur vltrà quàm ſit locupletior. Item venditore offerente ſe defenſioni, emptor tutus eſt exceptione ex perſona ſua.h.d. Primò ponitur thema. Secundò tres rationes ad probandum partem negatiuam. Tertiò ponitur determinatio queſtionis. Quartò ponitur noua queſtio, & eius determinatio. Secunda ibi, quod præiudicium. Tertia ibi, & puto. Quarta ibi, quid tamen. Bartolus.

Item ſi rem diſtraxit bonæ fidei poſſeſſor, nec pretio factus ſit locupletior: [g] an ſingulas res, ſi nondum vſucaptæ [h] ſint, vindi-

ſennius. in fine. Sed ideo ibi, quia non facile præſumitur mulier donare: & ideo totum repetit: vt ibi dicit. ADDITIO. Iſta ſolutio non placet Bartolo. ideo dic aliter ſecundum eum, quòd ibi expenderat in negotiis alienis, & erat dubium quo animo expenderat: hîc erat certum quòd expenderat bona fide in re aliena tanquam ſua.

r *Quod autem*. caue tibi ne quæ ſuperiori §. ſunt dicta, hîc repetita dicas: licèt quidam dicant idem repeti, vt aliquid addatur. nam ſupra loquitur cum poſſeſſor ex parte dimidia erat heres: hic in nihilum. Item cum conſumpſit in res neque vtiles neque neceſſarias, hic in res neceſſarias & vtiles impendit.

ſ *An verò pro rata*. cum in nihilum erat heres.Azo.

t *Penum*. aliàs penus hereditarium.

u *Ebibit*. penultima ſyllaba lõga eſt in pręterito. Azo. quaſi dicat, conſumpſit quod erat eſui & potui: vt infra de penu. le. l.iij. ſed ſecundũ Hug. corripitur.

x *Hereditatem*. quod eſt verum: vt ſtatim dicet.

y *Erogaſſet*. cum nemo viuat vento: vt.C. de ali. pu. præſtan. l. finali. Bene dico quòd debet reſtituere, ſiue ſibi imputare, quia ſua ſibi ſeruauit.nam,&c.

z *Pythodori*. qui fuit inſtitutus & rogatus reſtituere quicquid ſupereſſet tempore mortis ſui heredis.

a *Fideicommiſſi*.in quo caſu cum ſic rogauit, permiſſa erat alienatio olim ſub hac diſtinctione, an fieret cauſa interuertendi, vel non: vt hîc,& infra ad Trebellianum.l.Titius rogatus. ſed hodie vſque ad quartam: vt C.ad Trebellia. authẽ. contra rogatus.vbi autem purè rogat, per iura Codicis prohibitum eſt prorſus: vt. C. communia de leg. l.finali.§. penultimo. ſed per authen. idem quod per Codicem: niſi quia excipit caſus: vt in authen. de reſt. & ea quæ parit. §. nos igitur. collatio.quarta.

* In Pandec. Fior. deeſt cauſa, idque Græco dicẽdi genere. Ant.Aug.lib.2.cap.1.

† rediſſet.

b *Nunc*. ſcilicet in noſtro caſu. Accurſius.

c *Statuit*. id eſt quos ſolitus erat facere.

d *Decedent*. ſaltem in parte.

e *An ex ſolo*. aliàs ſuo.

f *Erogaſſet*. alia verò ex ſola hereditate decedunt: vt ſupra in principio huius. §. propoſuit quærendo. & hoc ſi poſſeſſor in nihilum eſt heres. ſi verò pro aliqua parte, tunc dic vt ſupra proxi. §. reſcriptum verò. ſiue bene, ſiue malè facta ſit conſumptio, dicit pro parte decedere: niſi cauſa interuertendi fideicommiſ. ſit facta. tunc enim in nihilum decedit.

g *Locupletior*. vt quia conſumpſit.

h *Vſucaptæ*. ab emptore.



UNED

care petitor [a] ab emptore poſſit? & ſi vindicet, an exceptione non repellatur, [b] quòd [c] præiudiciũ hereditati non fiat inter actorẽ & eum qui venundedit: quia nõ videtur [d] venire in petitionem hereditatis pretium earum: [e] quamquam [f] * victi [g] emptores reuerſuri ſunt ad eum qui diſtraxit? Et puto poſſe res vindicari, niſi emptores regreſſum ad bonæ fidei poſſeſſorẽ habent. [h] Quid tamen ſi is qui vẽdidit, paratus ſit ita defendere hereditatem, [i] vt perinde atque ſi poſſideret conueniatur? incipit exceptio locum habere ex perſona [k] emptorum. [l]

Iuriſconſultus in præcedenti.§. poſuit de triplici exceptione quæ cõpetit emptori. hîc ponit quartam:& breuiter.hoc dicit.Si petitor pretium rei venditæ à poſſeſſore recepit:à vindicatione repellitur,etiam ſi receperit quod à debitoribus eſt exactum , etiam ſi poſſeſſor fuit malæ fidei.Barto.

Certè ſi minori pretio res venierint,& pretium quodcumq; illud actor [m] ſit conſecutus,multo magis poterit [n] dici exceptione eum ſummoueri. [o] Nam & ſi id [p] quod à debitoribus exegit poſſeſſor, petitori hereditatis ſoluit: liberari debitores Iulianus libro quarto Digeſtorum ſcribit: ſiue bonæ fidei [q] poſſeſſor,ſiue prædo fuit qui debitum ab his exegerat: & ipſo iure eos liberari.

B Expedita expoſitione ſenatuſconſulti,ex quæſtionibus circa literam iuriſconſultus hîc venit ad materiam, & tractat vſque ad finem tituli quæſtiones quæ congruè ad literam non poterant applicari, & breuiter hoc dicit. Hereditatis petitio habet mixtã naturam realium & perſonalium. Bartolus.

Petitio hereditatis etſi in rem actio ſit, habet tamen præſtationes quaſdam perſonales: vt puta eorum quæ à debitoribus ſunt exacta: [r] item pretiorum.

C Quod eſt dictum in hac actione, habet locum in iudicio familiæ erciſcundæ.Bartolus.

Hoc ſenatuſconſultum [ſ] ad petitionem hereditatis factum, etiam in familiæ erciſcundæ iudicio locum habere placet, [t] ne res abſurda ſit, vt quæ peti poſſint, diuidi [u] non poſſint.

a *Petitor*. id eſt verus heres. Accurſius.

b *Exceptione non repellatur*. ſic expone ſequentia: videtur quòd non repellatur: quia non fit præiudicium hereditati inter actorẽ & eum qui venundedit,id eſt pet.hered.contra venditorem pro pretio proponendæ,quia nulla proponetur.& verè non fit præiudiciũ:quia victi emptores reuerſuri ſunt ad eũ qui diſtraxit: & ſic reſtituet illud pretium:ergo non intelligitur perueniſſe ad vẽditorẽ: ergo nõ in hoc erit locupletior: & ſic non tenetur petitione hereditatis. ſi ergo cõueniantur emptores, non præiudicat venditori quo ad hereditatis petitionem.tunc enim ceſſat ſingulare iudicium: quia ipſa ſperatur proponi.videbatur ergo quòd emptores non poſſent vindicantẽ repellere. ſed tamen dicit ꝙ poſſunt,ne alioquin bonę fidei poſſeſſor damno afficiatur: quod eſt contra mentem ſenatuſcõſulti.ſed ſi ad eum reuerti non poſſunt, heres ab emptoribus vindicabit: nec exceptione repellitur,niſi venditor paratus ſit eos defendere. ſed melior fuiſſet ratio,quia venditor pretium dilapidauit: ſicut in caſu poſuit, quàm iſta quia reddit emptori pretium. Nam ſecũdum ſuperiorẽ rationẽ nunquam venditor teneretur ad pretium niſi teneretur de euictione:quod eſt falſum: vt.s̃.eo.l.quod ſi in diem.§. ſed & is.licèt ei caueatur:vt.s̃.eo.l.ſi poſſeſſor.§. ſed ſi ob venditionem. non eſt ergo ſufficiens ratio, quoniam victi,&c.At opponitur:pone quòd bonæ fidei poſſeſſor qui vendidit,factus eſt locupletior ex pretio. nunquid poterit emptor cõueniri? Reſpon.non:quia præiudicium fieri poteſt petitioni pretij. ſi enim rem auocet petitor, à pretio excluditur: maximè cum bonæ fidei poſſeſſor illud teneatur emptori reſtituere:vt.s̃.eo.l.diuus. in fine.l. quod ſatis concedi poſſet ſecundum quoſdam,& hæc eſt cõmunis opinio. Sed puto ſecundum Azo.emptorem omnino conueniendum,etiam ſi habeat contra venditorem regreſſum : tum quia non damnificatur bonæ fidei poſſeſſ. cum ſit ex pretio locupletior: niſi fortè plus quàm de pretio teneatur pro euictione: tum quia hic poſſeſſor,id eſt emptor non poteſt poſtulare dilationem iudicij: cum in ſui præiudicium pro aliis rebus non fiat petitio.Accurſius.

* quoniam.

c *Quòd* id eſt quia.prima ratio qua probat.

d *Quia non videtur*. ratio rationis primæ.

l *Poſſeſſori*.vt.ſ.eod. ſi poſſeſſor. §. ſed ſi ob venditionẽ.&.j.de rei vin.l.ipſi quoque.
m *Seruum*. ſ. propriũ: qui dedit damnum ante aditam hereditatẽ, vel fecit furtum:vt ſupra eo.ſi à domino vel à patre. §. ſi poſſeſſor. nam & hereditariæ rei fit furtũ quãdoque: vt j.de fur.hereditariæ.
n *Re*. quam poſſidet dominus ſerui.
o *Quod vi aut clã*. ſi enim ſeru⁹ fecit aliquod opus vnde domin⁹ qđ vi aut clã teneatur,noxæ deditione liberat̃: nec opus tollere cogitur:ſed tantũ pręſtabit patientiam: vt.j.quod vi aut clam.ſi alius. §.j.
p SI *quo tempore*. ſupple, & ſi eo tempore quo &c.
q *Poſſeßionem*. vt hîc, &.ſ.eo.l. iiij. Sic & in actione ſingulari in rẽ: vt.j.de rei vin.l.ſinautem.§.j. Et in actione ad exhib. vt.j.ad exhiben.l. tigni. §. ſi quis non. &.§. ſi quis cum. &.l.ſed & ſi.§.fin. Sed contra ſupra de iudi. l. non videtur.Sol.ibi in ſingularib⁹: hîc in vniuerſalibus:vt arg.ſupra de iudi.l.ſolemus.

Sic interdictũ de precario appellat. Quod precario Cõceſſit, poteſt & appellari quod precario habes, à verbis formulę l.2. j. de precario.

† Cõcor.cũ hæc.l. glo.in ca dudũ. ſuper verbo, tempore. in med.c.verſi. ſed ſi medio tẽpore extra de elec.

* In archetypo erat abſumpſit. ſed ſic ſe rectius edidiſſe putat Taurel.

r *Nõ ſufficiãt*.quia inopes facti ſunt.vel dic quia creuit petitio.
ſ *Caueat*.ſcilicet de nouo.infra vt in poſ.leg.ſi is à quo.§. fi.&.l. plane.Sed contra ſupra qui ſatiſda.cog.l.ſciendũ.§.vlti.vbi dicit non ſatiſdari de nouo. Solu.hîc inſignis & inopinata calamitas, ibi non:vt argu.in eo.tit.ſi arbitro.§.qui ex cauſa.
t *Sine dolo*.& culpa quam præſtat poſt motam controuerſiam: vt.ſ.eo.& non tantùm.§.veniunt.
u *Fructus*.quidam habent hîc. §. & tunc habeas ſupra proximè

A quo.Sed Io.ibi,quod ad eas &c.& deſiit poſſidere, ſcilicet dolo malo:& ſic facit ſupra eo.l.ſed & ſi lege.§.proinde.verſi. vtrum.
x *Iulianus ait*.vt.ſ.eo.l.& non tantũ.in prin.
y SI *debitor.Quòd neget*.& ſic facit rem dubiam:vt C.qui. ad lib. procla.nõ li.l.fin.§. quod vero petitur.Et quod ſubiicit:aut dubitet : nota admitti reſponſionem eius qui dicit,dubito : vt. j. de inter.act.l.qui interrogatur.& C.de excep.ſi quidẽ. &.j. de iureiur. l.iuſiurãdũ.iiij. in prin. ibi, aut ſpatiũ dãdum.

Reſponſio dubia quandoque admittitur.

ſufficiant:[r] iubere eum debebit proconſul vt idoneè caueat.[ſ] Ex diuerſo quoque ſi pauciores poſtea poſſidebit quàm initio poſſidebat,ſi modò id ſine dolo[t] eius acciderit,abſolui debet quod ad eas res quas deſiit poſſidere. Fructus[u] computãdos etiam earum rerum quas defunctus pignori accepit,Iulianus ait.[x] B

Debitor hereditatis nõ tenetur hac actione,niſi ſe heredem contendat.h.d.Nota hãc.l.quia gloſſat totum iſtum tit.Barto.

XLII. VLPIANVS *libro ſexageſimoſeptimo ad Edictum.*

SI debitor hereditarius nõ ideo nolit ſoluere,quòd ſe dicat heredem,ſed ideo quòd neget[y] aut dubitet † an hereditas pertineat ad eũ qui petit hereditatem: non tenetur[z] hereditatis petitione.[a] C

Qui legatũ accepit,nõ prohibetur petere hereditatẽ ab inteſtato:ſed tenetur reſtituere legatum cautione ſibi oblata, niſi fuerit in euidenti calumnia, & ſi legatum non reſtituitur de hereditate ex qua computabatur.Bar.

XLIII. PAVLVS *libro ſecundo* * *ad Plautium.*

POſtquam legatum à te accepi,hereditatem[b] peto. Atilicinus quibuſdam placuiſſe ait, nõ aliter mihi aduerſus te dandam petitionem,quàm ſi legatum redderem.[c] Videamus tamen ne non aliter petitor hereditatis legatum reſtituere debeat,quàm vt ei caueatur, ſi contra eum de hereditate iudicatum fuerit, reddi ei legatum : cum ſit iniquum, eo caſu poſſeſſorem hereditatis legatum quod ſoluerit retinere: & maximè[d] ſi non per calumniam, ſed per errorem[e] hereditatem petierit aduerſarius.ídque & Lælius † probat. Imperator autem Antoninus reſcripſit, ei qui legatum ex teſtamento abſtuliſſet,[f] cauſa cognita hereditatis petitionem negãdam eſſe: ſcilicet ſi manifeſta calumnia[g] ſit. E

z *Non tenetur*.ſ.ſoluere:vt dicũt. Tu diſtingue, an ex delicto ſit debitor, vt tũc teneat̃: an ex contractu,& tũc non:vt hîc,niſi ſe contendat heredẽ: vt not. ſupra eo.ſed vtrum.
a *Petitione*. pro iſto debito.Accur.

P *Oſtquam.*] CASVS. Poſſidebas hered. legatũ quod credebas mihi eſſe relictum,ſolui ſti: cũ in veritate nõ eſſet relictum: ego gerebam me pro herede: teſtamentum dicebam falſum: & contra te inſtitui pe.hered. in primis debeo tibi legatũ reſtituere qđ mihi ſoluiſti:& poſtea agã pet. here.antequã legatum reſtituã,debes mihi cauere de eo reſtituendo ſi vincar à te. [IMPERATOR.]Dicit quòd quis de facili nõ auditur volens agere cõtra teſtamentũ ex quo legatum percepit.Vi.
b *Hereditatem*. ſcilicet accuſando teſtamẽtũ de falſo,in quo ſcript⁹ eſt:aliud ſi vellẽ dicere inofficioſũ: quia nõ poſſum: vt.j.de his qui.vt indig. l. poſt legatũ.in princ. & ſupra de inoffi.teſt. ſi pars.§. fi.quæ ſunt contra.Vel aliter loquit̃ hîc quando dicebam minus ſolenne teſtamentũ.nam ſi dicerẽ falſum,& perſiſterem vſque ad ſententiam,deberẽ legatũ amittere : vt C. de his qui.vt indig.l.aliam.& ar.ſ.tit.j. Papinian⁹. §. meminiſſe. ſecus autẽ cum dico minus ſolẽne: vt.j.de his quib. vt indig.poſt legatum. §. j.&.l.penul.Accur
c *Quam ſi legatum redderem*. quod verum eſt licèt legatario debeat caueri:vt ſequitur.

† De iſto verbo,dubito, vel non credo, vide not.in ca. cũ ad ſedem.de reſt. ſpo. extra.

* Lib.20. ad edictum.

† Læli⁹ Felix IC.tempore Adriani.l.3.j. titu.prox.

d *Maximè*.abundat:vt infra proxi.reſpon.in fi.
e *Per errorem*.credens ſe poſſe petere.
f *Abſtuliſſet*.id eſt accepiſſet.ſic infra de furtis.l.qui vas.& infra tit.j.cum multi.
g *Calumnia*.vt infra vt in poſſeſſ.lega.ſi is à quo.§.necnon.& ſic nota quòd calumniarum alia eſt euidens : alia non : vt hîc,& C. qui accu.non poſſ.l.ij.& ſupra de inoffic.teſta.ſi pars.circa prin. & infra de Carbo.edic.l.iij.§.cauſæ autem.Accur.

Cum

A

CVm is.] CASVS. aliquis inſtituit me heredem. legatum tibi reliquit, & illud ſolui. dicebas teſtamentum falſum: & here. petebas quaſi ab inteſtato. legatum non reſtituiſti: in peti. here. volebas ſolidam heredi. tibi reſtitui, & id legatum quod iam perceperas, dicit quòd officio iudicis computabitur quod perceperas, & tanto minus reſtituere debeo.

a *Cum is*. pone caſum vt.ſ.l.proxi.

b *Non ſit*.ſ.ſcripto heredi: quod fieri debet: vt.ſ.l.proxi.

c *Reſtituatur*. nam bo.fi.&c.vt.j.de regu.iur. l.bona fides.ſimilis deductio fit infra de pecu.l.& ancillarum.§.in venditorem.&c.

QVi ſe] CASVS. Aliquis poſſidet her. mihi delatam: Titius obtulit ſe, dicẽs ſe poſſeſſorem eſſe: cũ in veritate nõ poſſideret. erit condemnãdus ac ſi poſſideret: niſi ſcirem eum non poſſidere: quia tunc nõ videor eſſe deceptus. Viuia.

d *Non poßideret*. dicens ſe poſſidere. Accur.

e *Condemnatur*. ſcilicet in hereditatis petitione, ac ſi poſſideret: vt infra de inter.ac.qui ex parte. & nota quòd ex hoc verbo condemnatur: & ex illo, ab initio, &c. patet ꝙ lis eſt conteſtata quãdo pœnitet.

f *Ab initio litis*. quid autem ſi à principio ignorauit, ſed lit.cõteſt.ſciuit: nunquid procedi debuit? Reſpon.ſic, vt hîc innuit, &.ſ. de iudic.l. de qua re. ADDITIO. Dic ſecundum Bart. quòd in ea neceſſe habet perſiſtere: vt in authe.qui ſemel.C.quomodo & quando iudex.

### XLIIII. IAVOLENVS *libro primo ex Plautio.*

CVm is [a] qui legatum ex teſtamento percepit, hereditatem petit: ſi legatum quocumque modo redditum non ſit, [b] iudicis officio continetur vt victori, deducto eo quod accepit, reſtituatur [c] hereditas.

B

Qui ſe liti obtulit, vt poſſeſſor condemnabitur: licèt non poſſideat. Bartolus.

### XLV. CELSVS *libro quarto Digeſtorum.*

QVi ſe liti obtulit cũ rem non poſſideret, [d] condemnatur, [e] niſi ſi euidentiſſimis probationibus poſſit oſtendere actorem ab initio [f] litis ſcire eũ non poſſidere. quippe iſto modo nõ eſt deceptus. Et qui ſe hereditatis petitioni obtulit, [g] ex doli clauſula [h] tenetur. Aeſtimari ſcilicet oportebit quãti eius interfuit nõ decipi. C

Qui tacitam fidem accommodat, vt prædo dicitur poſsidere. Bartolus.

### XLVI. MODESTINVS *libro ſexto Differentiarum.*

Offerre ſe liti.i.quaſi garantizare.

g *Obtulit*. ignoranti. & de hoc plenè dixi infra de rei vin.l.is qui ſe obtulit.

h *Ex doli clauſula*. id eſt actione de dolo: vt dicitur.ſ.de dolo.l.pe. hoc non valet: quia cum detur hereditatis petitio, vt hîc, ergo ceſſat de dolo: vt ſupra de dolo.l.j.§ j. Dic ergo quòd tenetur de dolo, id eſt ex clauſula doli, quæ ineſt ſtipulationi iud.ſol. vt infra iudi.ſol.l.iudicatum ſolui. quam præſtat, licèt ſuo nomine eſſet conuentus: vt inſtit.de ſatiſda.§.j. in quam incidit in perſiſtendo poſt ſatiſdationem, non pro anteriori: vt not.d.l.pe. de dolo. ſed pro anteriori & poſteriori tenetur peti.here. vt hîc.

PRædonis loco.] CASVS. Aliquis heres petitus erat de here. reſtituenda incapaci, puta ſpurio. ſi is qui heres eſt inſtitutus, conſentit, prædonis loco habetur: & ſic fiſcus poterit eum here. peti. conuenire. Viuianus.

i *Prædonis loco*. in malæ fi.poſ. loquitur inſtituto herede, & rogato tacitè reſtituere hereditatem non capienti. Et dicas quòd etiã in iure non errabat: aliàs enim non eſſet prædo: vt ſupra eo. ſed & ſi lege.§.ſcire. ſecundum Azo. ſed alij dicunt etiam ſi erret in iure. Item not. quòd hic eſt verè heres, licèt ei vt ab indigno hereditas auferatur: vt infra de vſur.l.cum quidam.§. diuus Pius. verſic. in tacito. ſed fingitur non eſſe, cum ei auferatur: vt infra de vul. ſub. l.ex facto.§.Iulianus. Et fortè procedetur vt dicitur.C. vbi cauſæ fiſ. vel diui.domus.l.j. Accurſius.

k *Hereditatem*. & ideo fiſco tenetur peti hereditatis. Ac.

LVcius.] CASVS. Accuſabam teſtamentum alicuius conſanguinei mei de falſo, & ſuccubui: poſtea volo dicere illud teſtamentum minus ſolenne: an poſſim, quæritur. Et dicitur quòd ſic. Viuianus.

l *Non obtinuerit*. id eſt ſuccubuerit: ex voluntate tamen non petit: vt.C.de his qui.vt indig.l.alia.

m *Non ideo*. vt.C.de inoffic.teſta.l.eum qui.&.C.eo.l.hereditas. ſed contra infra de bo. lib. ſi patronus ex. vbi prius de falſo, & poſtea contra tabu. agere vult: ſed ibi eſſet ſibi contrarius, cũ primò non valeret per accuſationem falſi, ſecundò valeret: ſed rũpi petat per contra tabu. hîc autem non. Item not. contra infra de accuſa.l.ſi cui.§.iiſdẽ. Sol. hîc in ciuilibus, ibi in criminalibus. Vel ibi erat accuſatus vel condemnatus de calumnia, & hoc conſtabat: hîc non conſtabat. præterea ibi dicit facile.

IN æſtimationibus.] CASVS. Here. quandam ego bo.fide poſſedi. ego conuentus litem ſum conteſta. poſtea incepi malã fidem habere. vendidi rẽ here. minori pretio quàm valeret. ſi voluntariè vẽdidi, ſolidũ pretium ſoluere debeo. ſi aũt ex neceſſaria cauſa, quia teſtator dixit vt ꝑ certo pretio venderem: id ſoluere teneor. Viuia.

PRædonis loco [i] intellegendus eſt is qui tacitam fidẽ interpoſuerit, vt non capienti reſtitueret hereditatem. [k]

Qui perdit in actione falſi, non prohibetur dicere nullum. Bart.

### XLVII. IDEM *libro octauo Reſponſorum.*

B LVcius Titius cum in falſi teſtamẽti propinqui accuſatione non obtinuerit, [l] quæro an de non iure facto nec ſignato teſtamẽto querela illi competere poſſit. Reſpondit non ideo [m] repelli ab intentione non iure facti teſtamenti, quòd in falſi accuſatione non obtinuerit.

Facta mala fides per litis conteſta. facit poſſeſſorem teneri ad verum pretium rerum venditarum ex voluntate: ſic ex neceſsitate ad pretium conuentum. hoc dicit, & eſt difficilis lex. Bartolus.

### XLVIII. IAVOLENVS *libro tertio ex Caſsio.*

IN æſtimationibus [n] hereditatis ita venit pretium [o] venditæ hereditatis, vt id quoq; accedat, quod plus fuit in hereditate, [p]

n *In æſtimationibus*. Nõ videtur verum quod hac.l.dicitur. ſiue enim erat bo.fi.poſſ. iſte qui diſtraxit: non vltra id quod accepit debet reſtituere: vt.ſ.eod. item veniunt.§. eos autem. malè ergo dicit eũ teneri ad iuſtum pretiũ, ſi minori pretio vendiderat, quàm res valeret. Quod hîc dicit, vt id quoq; accedat, &c. quaſi dicat non ſolum acceptum pretiũ venit in petitione hereditatis: ſed etiã quod deeſt iuſto pretio rerum, venit. minoris enim venditę fuerũt. Siue ponas eum malę fi.poſ. debet teneri ad res ipſas. vnde etiam contra eũ poteſt iurari in litẽ: vt.ſ. eo.ſi poſſeſſor.§. fi. Itẽ in ma.fi.poſſeſ. non dicit: quia in fine dicit, quod bona fi. accepit, &c. Ad hoc dicit M. quòd prima pars in ma.fi.poſ. ſecunda in bo.fi.poſ. loquitur. Sed hoc non valet: quia non voluit hæc lex poſſeſſorum facere differentiam: ſed contractum, an voluntariè, vel neceſſariè vendidit. Tu ergo dic quòd loquitur in eo qui bo.fi. poſſidebat: & qui iudicium nomine hereditatis ſubierat intentata contra eum heredi. petitione, vnde & malæ fidei factus eſt, quãtum ad reſtitutio-

Venditor hereditatis ad quid teneatur.

D nem fructuum: ipſe verò hereditatem diſtraxit lit.cõteſt. vnde ad pretium tenetur. Item ſi res pluris erant quàm venditæ ſunt, id quoque pretio accepto accedat: vt cum eo pariter vero heredi præſtetur: ſed ad res tenetur: vt diſtinximus in rebus ſterilibus.ſ. eo.ſi poſſeſſor.§.quòd ſi poſt. & hoc ſi diſtraxit cauſa negotiandi: id eſt propria voluntate, vt faciunt negotiatores: alioquin ſi ideo fecit, quòd fuerat rogatus vendere hereditatem certo pretio in teſtamento non ſolenni, vel irrito, vel rupto, non præſtat niſi id quod accepit, etiam ſi res multo pluris eſſent. fecit enim ex neceſſitatis ſuſpicione, vel ex neceſſitate, ſi ponas eum conuentum per iudicem ab eo cui iuſſus erat vendere. Dic ergo in æſtimatione hereditatis, id eſt rerum hereditariarum, vt æſtimetur ſingularũ pretium.

o *Pretium*. ſcilicet conuentum.

p *In hereditate*. ſcilicet quòd plus valuerunt res, quàm venditæ ſunt: ſed videtur quòd nec conuentum nec verum debeat venire: vt ſupra eo.l.etiam.§.plane ſi accepta. quæ eſt contra. ad ſecũ- E dum reſponſum huius.l. Sol. refert vtrum quis rogetur per fideicommiſſum vendere hereditatem iuſto pretio: an rogetur reſtituere accepta certa quantitate. Primo caſu verè eſt vẽditio: ideoque pretium ſuccedit loco rei: vt ſupra eo.l.ſi & rem. & ita venit in petitione hereditatis: vt hîc: niſi modico pretio ſit diſtracta, ſecundum quoſdam: vt ſupra eod.l. etiam.§. idem erit dicendum. In ſecundo non eſt venditio, ſed perinde eſt ac ſi eſſet tibi rogatus reſtituere ſi Rex Franciæ decem ei det: quod in pe.here. non venit: vt in.l.contraria. Eadem diſtinctio & in legato, & in ratione.l. Fal. eſt neceſſaria. aliud eſt enim cum quis damnauit heredem vendere fundum, ita vt certum pretium acciperet à legatario: aliud cum reſtituere rogatur aliquo accepto à legatario. Primo caſu eſt verè venditio: nec fundus eſt in legato: ſed vt ita dicam, venditio fundi eſt in legato: ideo fundus nõ venit in computatione: ſed id ſolum quod minus iuſto pretio vendiderit. at in

UNED

ſecundo ipſe fundus in legato eſt: ideoque totus cõputatur: non autem eius quod pro cõditione implenda datur, fit computatio: quia idem eſt ac ſi accipiatur ab extraneo: vt infra ad leg. Fal. qui fundum. & .l. in quartam.

a *Negotiationis.* ſcilicet voluntariæ.

b *Accepit.* quia hoc fecit ex neceſſitate: vt quia teſtator iuſſit eũ vendere certo pretio: vt argu. infra eo. l. non ſolũ. & arg. ſupra eo. l. item veniunt. §. ſimili modo. & hoc quãtum ad ſuſpicionẽ: nam pro vero voluntas non valebat qua fuerat iuſſũ. alias non poſſet agi ab alio peti. here. Vel dic quòd etiam per ſententiam iudicis fuit compulſus.

S *I bo. fi.*] CASVS. Bonæ fi. poſſeſ. poteſt debitores here. conuenire. Item illos qui bona here. occupauerũt. Item non ſolùm poſſeſſor ſed petitor, hoc eſt verus heres poterit vtiliter debitorem conuenire. Viuianus.

c *Vtique ſi periculum.* alias autem nõ, ne fiat præiudicium peti. here. vt ſupra eod. ſi quis libertatem. circa princi. Sed hodie forte etiã ſi non pereant, agere poteſt: vt. C. eod. l. fin. Azo. Sed alij dicunt ꝙ illa quando conueniatur: hæc quando velet agere. Item not. hîc quòd aliquid conceditur ne res pereat, quod aliàs non permitteretur: vt hîc, & ſupra eod. diuus. §. cauſa. & ſupra de procurato. ſed etiam ex his. & ſupra de fer. l. j.

ſi ea negotiationis [a] cauſa veniit. ſin autem ex fideicommiſsi cauſa, nihil amplius quàm quod bona fide accepit. [b]

Iudicia particularia non differuntur propter vniuerſalia, ſi res eſt tempore peritura. Bartolus.

### XLIX. PAPINIANVS *libro tertio Quæſtionum.*

SI bonæ fidei poſſeſſor hereditatis velit cum debitoribus hereditariis, aut qui res hereditarias occupauerint, conſiſtere, audietur vtique ſi periculum [c] erit ne inter moras actiones intercidant. Petitor [d] autem hereditatis citra metum exceptionis [e] in rem [f] agere poterit. [g] quid enim ſi poſſeſſor hereditatis neglegat? [h] quid ſi nihil iuris habere ſe ſciat? [i]

### L. IDEM *libro ſexto Quæſtionum.*

HEreditas etiam ſine vllo corpore iuris intellectum [k] habet. Si defuncto [l] monumentum [m] conditionis implendæ gratia bonæ fidei poſſeſſor fecerit, poteſt dici, quia voluntas defuncti [n] vel in hoc ſeruanda eſt, vtique ſi probabilem [o] modum faciendi monumenti ſumptus, vel quantum teſtator iuſſerit, non excedat, [p] eum cui auferetur hereditas, impenſas ratione doli exceptione aut retenturum, aut actione negotiorum geſtorum repetiturum, veluti hereditario negotio geſto. [q] Quamuis enim ſtricto iure nulla teneantur actione [r] heredes [ſ] ad monumentum faciendum, tamen principali [t] vel pontificali † auctoritate compelluntur ad obſequium ſupremæ voluntatis.

### LI. IDEM *libro ſecundo Reſponſorum.*

HEres [u] furioſi ſubſtituto [x] vel ſequentis gradus cognato [y] fructus medij temporis quibus per curatorem furioſus locupletior factus videtur, præſtabit: exceptis [z] videlicet impenſis quæ circa eandem ſubſtantiam [a] tam neceſſariè quàm vtiliter factæ ſunt. Sed & ſi quid circa furioſum neceſſariè fuerit expẽſum, [b] & hoc excipiatur: niſi alia [c] ſufficiens ſubſtantia eſt furioſo ex qua ſuſtentari poteſt. Fructuum [d] poſt hereditatem petitam per-

m *Monumentum.* quod eſt nouum: vt infra de reli. l. ij. §. penul. & l. monumentum.

n *Voluntas defuncti.* quæ aliàs eſſet valida.

o *Probabilem.* no. probabilem modum in ſumptibus ſeruari: vt ſupra de neg. geſt. qui aliena. §. fi. & . C. eo. l. in reſtituenda. Accur.

p *Non excedat.* ſi ergo voluntatem defuncti ſeruauit, etiam ſi teſtator exceſſit probabilẽ modum, vt quia centũ marchas voluit ibi expendi, tamen totum repetet: vt hîc. Sed contra. ʒ. de reli. l. at ſi quis §. quid ergo. & . ʒ. ad le. Falc. l. j. §. fi. & . l. ſeque. Sol. ſi volũtas teſtatoris ſit aliquantulum vltra probabilem modũ, nihilo minus ſeruanda eſt: alioquin ſi nimis excedat, nequaquam. Vel ſolue. l. illam ad le. Falc. aliter, quia vbi nec totum quod teſtator præceperat, expendit: ſed cũ decem præcepiſſet, tantum quinque expendit: quæ ſola repetit. Vel dic quòd ibi præceperat fieri picturas & ſimilia circa monumentum quæ erant voluntaria: ideóq; nõ repetit totum: licèt teſtator præceperit.

† Cõcor. & facit quod no. Inno. in ca. nos quidẽ. de teſta. extra: & Archi 11. q. 1. c. Silueſter. & quod no. in ti. de iudi. §. 1. verſi. itẽ imploratur contra heredem.

q *Geſto.* ſ. aliquo alio: vt. C. eo. l. fi. §. pe. & facit hoc pro M. qui dabat vtilem actionem. neg. geſto. etiam ma. fi. poſ. vt dices infra de re vin. l. in fundo. ſed dicas quòd hîc alia ratio eſt. nam hîc negotium ipſo geſtu fuit hereditarium, quia tenebatur illud facere, cogendus principis vel pontificis auctoritate: vt hîc ſubiicit: & ideo meritò actio nego geſto. datur.

r *Actione.* ſ. alicui alij cuius non interfuit. ſ. cũ vnus ſolus heres eſt: vt. ʒ. de an. le. l. Quintus Mucius. §. Põponius. ſi tamen plures ſunt inter ſe coheredes, aget famil. erciſcũ. & præſcrip. ver. ſi teſtator iuſſit: vt. ʒ. famil. erciſcũ. his cõſequenter. §. j. quæ eſt cõtra.

ſ *Heredes.* ſcilicet veri. aliàs heres.

t *Principali.* id eſt principis, vel papæ, ſiue epiſcopi. Et ſic not. quòd ad epiſcopum hoc ſpectat: ſicut & alia quæ ad religionem ſpectant: vt. C. de epiſ. & cle. l. nulli. §. quòd ſi in vico. Accurſius.

H *Eres.*] CASVS. Filium Titiũ furioſum inſtituiſti: & ei ſubſtituiſti ſi in furore decederet. deceſſit in furore: admittuntur ſubſtituti. ſi aliquis legitimus heres furioſi onera hered. occupet, ei reſtituitur: & ſi aliquid neceſſario vel vtiliter in here. fuerit impenſum, illud reſtituitur vel circa perſonam furioſi. [FRVCTVVM.] Dic ſecundum quoſdam, quòd totus iſte. §. loquitur in malæ fi. poſ. M. dicebat quòd ſcilicet primus loquitur in malæ fi. ſecundus in bo. fi. Sed dic quòd totus loquitur in bo. fid. poſ. dicit ergo ꝙ fructus quos percepit bo. fid. poſ. an ei proſint ante litem tanquam vſuras & fructus pręſtare debeat? Dicitur quòd ſi poſt litem cõteſt. vſuras percepit, non præſtabit. ſi ante, ſic. Viui.

u *Heres.* ſcilicet legitimus: puta mater furioſi.

x *Subſtituto.* Quem ſubſtituerat ei pater: quod potuit: vt. C. de impu. & aliis ſub. l. humanitatis.

y *Cognato.* ſ. defuncti primi. nam cognatus, vt mater, vel agnatus furioſi heredis, bona legitimo heredi reſtituit, vel ſubſtituto ab eo ipſi furioſo: vt hîc, & . C. de cu. fu. l. fi. §. ſin autem in furore.

z *Exceptis.* id eſt deductis: vt. ʒ. eo. ſi à domino vel à patre. §. fi. & l. plane. & infra tit. j. ſorori. §. ſumptus.

a *Subſtantiam.* i. hereditatem: vt. C. de verb. ſig. fin. in fine.

b *Fuerit expenſum.* nam inde debet ali: vt argu. ʒ. de iure deli. l. filius. & . C. de ord. co. l. fi. niſi alia, &c. vt hîc ſubiicit.

c *Alia.* aliunde, non de hac hereditate. & ſic non debet deminui de ea.

d *Fructuum.* in bo. fi. poſ. loquitur: vt tantùm fructuum perceptorum

d *Petitor.* per hoc apparet quòd hæc lex loquitur quãdo lis iam erat conteſt. in peti. hered. ante enim nec poſſeſſor nec petitor agere poteſt: vt infra de excep. ſi poſt litem.

e *Exceptionis.* quaſi dicat nõ potes agere ne fiat præiudicium peti. here. vt ſupra eo. ſi quis libertatem. & . C. eo. l. fi. in prin.

f *In rem.* ſcilicet rei vindicatione.

g *Agere poterit.* contra poſſidentes res hereditarias. Item actione perſonali contra hereditarios debitores. Item peti. here. contra vtrunque.

h *Negligat.* & ideo ei imputari non poteſt quaſi rem ſuam neglexerit: vt ſupra eo. ſi quid poſſeſſor. §. ſicut. nam de bo. fi. poſ. dixi in princ. huius. l. ſed quid prodeſt petitori ſi poſſeſſor quantumcunque ſit ſolicitus: vt. ʒ. de pac. ſi tibi decem. §. cum poſſeſſor? ſed ibi in pacto: hîc in exigendo.

i *Sciat.* vt quia ab initio fuit ma. fid. & ideo agere non poteſt, quia actionem non habet: vt infra de admi. tu. l. quotiens. §. item ſi temporali. & ideo maximè his caſibus debet poſſe agere petitor: & ſic erat ma. fi.

H *Ereditas.*] CASVS. Siue corpora ſiue non corpora ſint in aliquibus bonis, nihilominus dicitur hereditas: eo quòd hereditas iuris eſt nomen. [SI DEFVNCTO.] Rogaſti me heredẽ tuum vt facerem tibi monumentum: feci, & multum expendi: agit verus heres aduerſus me peti. her. an ſumptus quos feci circa monumentum, retinere poſſim, cum voluntate defuncti fieri videantur? Et reſpon. quòd quamuis iure actionis non compellar: poſſum tamen compelli præſidali aut pontificali auctoritate ad conſtructionem monumenti: & ideo expenſas recupero, ſecundum quod in litera dicitur. Viuianus.

k *Intellectum.* id eſt de iure intelligitur eſſe hereditas ea quæ in incorporalibus tantùm eſt. vel dic nomen iuris eſt: vt. ʒ. de verb. ſignifi. l. pecuniæ. §. j.

l *Si defuncto.* vt puta ĩſtituit Titiũ heredẽ in min⁹ ſolẽni volũtate ſub tali cõditione ſi fecerit ei monumentũ: & fecit de burſa ſua.

UNED

ptorum ante lit.cõteſt.præſtet vſuras: quia eos ex neceſſitate nõ percepit, ſed fructuum perceptorum poſt lit.cõteſt.nõ, quia eos ex neceſſitate perceperit. ſic etiam ponitur caſus. C.eo.l.j. ſecundum Io.& Azo. ſed primo etiam caſu non vidétur vſuræ venire: vt infra de vſu.l.neque eorum. quæ eſt cõtra. Solu.aliud in petitione ſpeciali: quia fructus nõ auget pe. quod in pet.her.faciunt: vnde meritò vſuræ in peti.he.veniũt de fructibus perceptis vel etiã vẽditis, ſicut de re principali vendita. Et ſic etiã ſoluitur. C.de vſu. rei iudi.l. fina. Vel hîc in bo.fi.iudiciis: illę autem in iudicio ſtricti iuris. Accurſius.

a *Perceptorum.* ſcilicet à bo.fi.poſſ. ſecundum M. & nos idem in hoc caſu dicim⁹ quod ipſe.

b *Percepti.* ſcilicet à ma.fi.poſ.ab initio, ſecundum M. Sic ergo not.quòd dominus M. primã partem huius. §. in bo.fi.poſ. ſecundam in ma.fid.poſ. exaudiebat: ſicque ſcutũ ſuum albo nigróque variabat, vt omnem telorũ vitaret amaritudinem. Quæ variatio merito diſplicuit: quia hîc nõ poſſeſſorũ ſed fructuũ notauit Papinia. differentiam. Alij vt Pla. & Bul.& Irn.totũ in ma. fi. poſ. legunt. & ratio eorum eſt: quia ma.fi. poſ.poſt lit.cõteſt.percipit ex neceſſitate: nõ autem ante lit.cõteſta. quod reprobo vt falſũ: nã & ante percipit ex neceſſitate. tenetur enim etiam ſi nõ percipit. Domin⁹ etiam Irn. aliam rationem addidit: quia fructus ante lit. cõteſt. percepti, iure actionis petũtur: cui actioni vt & aliis ſeruit officiũ iudicis: ſed percepti poſt lit. conteſta. ſolo iudicis officio petuntur: vt. ĵ. de ædil.edict.l.ædiles.j.§. item ſciendũ. officium autem officio ſeruire ᵃ abſurdum eſt. nam & vſuræ per officium peterẽtur: hoc reprobatur per.l. ĵ. de reg. iur. l.nõ ſolet. Itẽ nõ dico ꝙ in peti.here. veniant tantum officio iudicis poſt lit.cõteſt. imò actionis iure: niſi actionẽ appelles officiũ: & hoc modo officio iudicis expeditur quod per actionẽ expeditur. Tu ergo legas hũc. §. totũ in bo.fi.poſ. vt ſcripſi in glo.in bo.fid.

† Qui liberales aut inhoneſti quæſtus, Ci.lib. 1.offic.

* mora res.

† Cõcor.tex. & ibi glo.in.ca.ſępe.12 q. 2. & glo eſt ſuper verbo priuate.

a] Bal. & Tal.in l.1 in fi. C. de fructi.& lit. expẽ.& Alex.i. l.diuortio. §. ob donationem.in.3. col.ff ſo.matri. reputant iſtam gl. ſing. ad hoc quòd vnum officium iudicis mercenarium non poteſt producere aliud officiũ mercenarium. Bolog.

ceptorum ᵃ vſuræ non præſtantur. Diuerſa ratio eſt eorum qui ante actionem hereditatis illatam percepti ᵇ hereditatem auxerũt.

LII. HERMOGENIANVS *libro ſecundo iuris Epitomarum.*

SI poſſeſſor ᶜ ex hereditate inhoneſtos † habuerit quæſtus, hos etiam reſtituere cogetur: ne honeſta interpretatio nõ honeſto quæſtu ᵈ lucrũ poſſeſſori faciat. ᵉ

Res hereditariæ poſſunt alienari ex neceſſitate æris alieni. Bar.

LIII. PAVLVS *libro decimo ad Sabinum.*

NOn ſolùm ad æs alienum hereditarium exſoluendum neceſſaria alienatio poſſeſſori eſt: ſed & ſi impenſæ neceſſariæ in rem hereditariam factæ ſunt à poſſeſſore, ᶠ vel ſi mora * perituręue deterioréſve futuræ erant. ᵍ

Ei qui emit hereditatem à fiſco, competit hæc actio. Bar.

LIIII. IVLIANVS *libro ſexto Digeſtorum.*

EI qui † partes hereditarias vel totam à fiſco ʰ mercatus fuerit, non eſt iniquum dari actionem ⁱ per quam vniuerſa ᵏ bona perſequatur: quemadmodum ei cui ex Trebelliano ſenatuſconſulto hereditas reſtituta eſt, petitio hereditatis ˡ datur. ᵐ

Pignus datum à defuncto, poteſt peti hac actione. Bar.

Heres ⁿ debitoris id quod defunctus pignori dederat, quin hereditatem petendo conſequi poſſit, dubium non eſt. ᵒ

Malæ fidei poſſeſſor tenetur ad quantum prædia ex negligentia facta ſunt deteriora. Bartolus.

Cum prædia vrbana & ruſtica neglegentia poſſeſſorum ᵖ peiora ſint facta, veluti quia vineæ, pomaria, horti, extra conſuetudinem patrisfamilias defuncti culta ſunt: litis æſtimationem earum rerum quanto peiores ſint factæ, poſſeſſores pati debent.

Etiam bonæ fidei poſſeſſor tenetur reſtituere totum quod nomine pœnæ exegit. Bar.

LV. IDEM *libro ſexageſimo Digeſtorum.*

B EVicta hereditate, bonæ fidei poſſeſſor quod lege Aquilia exegiſſet, ᑫ non ſimplum, ʳ ſed duplum reſtituet. lucrum enim ex eo quod propter hereditatem acceperit, facere non debet. ſ

Poſſeſſor tenetur reſtituere fructus quos percepit, licèt petitor percepturus non fuerit. Bar.

LVI. AFRICANVS *libro quarto Quæſtionum.*

CVm hereditas petita ſit: eos fructus quos poſſeſſor percepit, omnimodo reſtituendos, C etſi petitor eos percepturus non fuerat. ᵗ

Vnius petitio non impedit executionem alterius petitionis, eius qui prius ad ſententiam peruenit: ſed eſt poſſeſſori cauendum. h. d. quam.l.no. Bar.

LVII. NERATIVS *libro ſeptimo Membranarum.*

CVm idem ᵘ eandem hereditatem aduerſus duos defendit, & ſecundum alterum ex his iudicatum eſt, quæri ſolet vtrum D perinde ei hereditatem reſtitui oporteat, atque oporteret ſi aduerſus alium defenſa non eſſet: ˣ vt ſcilicet ſi mox & ſecũdum alium fuerit iudicatum, ʸ abſoluatur is cum quo actum eſt: quia neque poſſideat, neque dolo malo fecerit quo minus poſſideret, quod iudicio ᶻ reuictus reſtituerit: an quia poſſit & ſecundum alium iudicari, nõ aliter reſtituere debeat, quàm ſi cautũ ei fuerit quòd aduerſus alium eandem hereditatẽ E defendit. Sed melius ᵃ eſt, officio iudicis cautione vel ſatiſdatione victo mederi: cum & res ᵇ ſalua ſit

A ſupra eo.l.diuus.&.l.ſi poſſeſſor. §. ſi poſt. verſi. ſed ſi fortè. ſic. ĵ. de iu.deli.l.ait prætor.& C.de admi.tut.l.lex quæ.in fi.

h *Ei qui. A fiſco.* & vero herede.

i *Actionem.* ſcilicet vtilem peti.here. cõtra poſſeſſores hereditarios: contra venditorem habet ex empto: & hoc quando à fiſco quis emit hereditatem, vel quotã eius portionem: vt hîc dicitur. nam & econuerſo qui emit à fiſco hereditatẽ, tenetur alij vtili: vt ſupra eod.l.etiam §.item ſi quis. In eo autem qui emit à priuato, non eſt ita expeditum, quòd ei competat pe. he. ſed idem videtur quòd & hic habeat vtiles actiones hereditarias ſuo nomine: vt C.de hered.vendi.l. emptor. Item argu. ŝ. eo.itẽ veniunt. §. præter hæc.verſi. aptanda.

k *Vniuerſa.* ſic. ſupra eo. item videndum. §. fi.&.l.ſeq.

l *Petitio hereditatis.* vtilis.

m *Datur.* vt infra de fideicom.here. peti.l.j. &.ij.

n *Heres.* verus.

o *Dubium non eſt.* ſcilicet ſi ſolutum eſt debitum, vel aliter ſatiſfactum à defuncto: vt infra de pig. act. l.ſi rẽ. §.omnis. & hoc ſi poſſideat pro poſſeſſore, vel pro herede creditor, nõ aliàs: vt. ŝ. eo.l. ſed vtrum. plenè dixi.

p *Poſſeſſorum.* ſcilicet ma.fi.bonę fi.enim nõ tenẽtur: vt ſupra eo.ſi quid poſſeſſor. §. ſicut Accurſius.

q *Victa. Exegiſſet.* exegit autẽ duplum propter inficiationem.

r *Simplum.* ſ.tantum.

ſ *Non debet.* vt. ŝ. eo. illud. §. actiones. Sed cõtra. ŝ. e.l. at vbi. Sol. hîc loquitur de pœna quæ rei acceſſit: ſed. ŝ. de ea quæ perſonæ cohæſit. Vel ſol. vt ibi.

t *Cum hereditas.* Nõ *fuerat.* vt quia inhoneſti ſunt: vt. ŝ. eo. ſi poſſeſſor ex hereditate. ſic &. ĵ. de ędil.edic. l.cum autem. §. fi.

*Cum idem.* ] CASVS. Poſſidebam quandam here. propoſuit aduerſus me Titius pet.here. dicens ſe verũ heredem eſſe: ex alio latere dicebat Seius idem. Titius feſtinauit plus in agendo, & obtinuit: an ſit ei hereditas reſtituenda ac ſi non alius petiuiſſet? Et dicitur quòd ſic: ſed cauebit de conſeruando me indemnem, ſi ab alio conueniar.

c *Si poſſeſſor.* etiam bo.fi.&c.

d *Quæſtu.* ſcilicet facto: & aliàs, honeſti quæſtus: aliàs, honeſtum quæſtum: aliàs, honeſto quæſtui. Accur.

e *Faciat.* ſi aliter dicatur. ſic &. ŝ. eo.l.poſt ſenatuſcon. &. ĵ. eo.l. euicta. & ŝ. de procu. qui proprio. §. procurator vt in cæteris. Sed cõtra. ĵ. de vſu.l.generaliter. Sol. vt dixi. ŝ. eo.l.ancillarũ. §. fi. Itẽ ſecus in ſocietate: vt. ĵ. pro ſoc.l.cũ duobus. §. fi.&.l.ſeq.

f *Non ſolùm. A poſſeſſore.* etiam poſt lit.conteſta.

g *Futuræ erant.* ſupple erit neceſſaria alienatio: vt hîc, &

u *Cum idem.* poſſeſſor.

x *Non eſſet.* quia nec petita adhuc.

y *Iudicatum.* id eſt iudicandũ. vel dic propriè: & quod ſubiicit, abſoluatur. ſ. ab executione. aliàs litera eſſet contraria ſibiipſi.

z *Quod iudicio.* quia ſubaudi, illud quod &c. Accur.

a *Sed melius.* nunc ſoluit allegationem hincinde propoſitam.

b *Cũ & res.* cũ, pro quàuis: vel dic ꝑ quia. q.d. medebitur victo

vt facta ei cautione reſtituat rem: nec hoc nocet actori: quia res ſalua ſit &c. & quod dicit cautio, ſcilicet ſine fideiuſſore: vt C. de verbo. ſig. l. ſancimus. Satiſdatio cum fideiuſſore: vt. ſ. qui ſatiſda. cog. l. j. Et prima præſtatur vbi non eſt perſona ſuſpecta: ſecūda vbi eſt: vt. ſ. qui ſatiſda. cog. ſi fideiuſſor. §. fi. ſed cū nec habeat rē victus: nec dolo deſiit habere: & ſic non tenetur, vt allegādo hîc dixerat: qđ tamen eſt verū. Ad quid fiet hæc cautio? quidā dicunt, ex abūdanti: vt argu. ſ. de nego. geſt. ſi pupilli. §. j. quod eſt falſum. ſic enim nō interponeretur: vt. ſ. de procu. l. non cogendū. in fin. Dic ergo ꝙ eſt neceſſaria ad expenſas quas faciet vict⁹ ſi etiā de facto conueniatur. Itē vt victor teneatur probare ſe dominū: & ita ſe iuſtè primum viciſſe. Itē & ſibi rem reſtitutā. aliàs enim præſumeret habere prior poſſeſſor, cum tēpore litis conteſt. habuit: vt C. ad exhibē. l. iij. concordat. j. de rei vindic. is à quo. Accur.

a *Executione*. i. proſecutione. Accur.

ei qui in executione [a] tardior venit aduerſus priorem victorem.

Quod pater expendit in honorem filij, in dubio videtur expendere de bonis quæ habet pertinētibus ad filium. Bar.

LVIII. SCÆVOLA *libro tertio Digeſtorum.*

FIlius à patre emancipatus ſecundum conditionem [b] teſtamenti matris adiit hereditatem: quam pater antequā filium emāciparet poſſedit, fructúſque ex ea poſſedit: * ſed erogationem in honorem [c] filij, cum eſſet ſenator, fecit [d] ex ea. Quæſitum eſt, cum paratus ſit pater reſtituere hereditatem habita ratione eorum quæ in eum erogauit, an filius nihilo minus perſeuerans petere hereditatem, doli mali exceptione ſummoueri poſſit. Reſpondi, etſi non C exciperetur, [e] ſatis per officium iudicis conſuli. †

* percepit.

† quia ineſt ea exceptio huic Iudicio bonæ fidei l. huiuſmodi j. de legat. 1.

F*Ilius*.] CASVS. Mulier filiū inſtituit ſub ea condi. ſi pater eū emāciparet: pater here. poſſedit ante emācipationem filij, & multa expendit de here. circa filium: puta emendo ſibi militiam: agit filius peti. here. contra patrem: pater vult ea imputare quæ in eum impendit. an ſit audiendus? Et dicitur quòd ſic.

b *Conditionem*. quia inſtituit ſub conditione ſi à patre emanciparetur: vt C. de inoffi teſta. l. filiis.

c *In honorem*. quod fieri poteſt: vt ſupra de nego. geſt. quæ vtiliter. in princi.

d *Fecit*. de ſuo pater. & repete, antequam filium emanciparet. Et ſic probatur quòd naturale debitum venit in compenſationem: vt. j. de compen. l. etiam quod.

Debitū naturale in cōpenſationē veni.

e *Exciperetur*. etiā ſi à patre nō opponatur exceptio ſecūdum P. D & ſic de facto ſupplet iudex ſecundū eū per. l. iſtā. & pro eo etiā eſt C. vt quæ deſunt aduo. partiū. l. j. ſed hoc eſt falſum ſecundū Io. cū ſecundū allegata debeat procedi: vt, ſ. de offi. pręſi. l. illicitas. §. veritas. Et quòd hîc dicit in fin. & ſi non exci. id eſt, ſi non habeat exceptionem: defendetur tamen offi. iudi. vt. ſ. e. planè.

SI PARS HEREDITATIS PETATVR.

*Supra quid iuris ſit ſi tota petatur hereditas, expoſuit: nunc quid iuris ſit ſi pars. Vbi attendas an is qui partem petit, omnino de ea certus ſit. & tunc attende, an poſſeſſor ius habeat: puta quia coheres eſt: an non. De hoc dicitur infra eo. l. 1. §. 1. 2. 3. 4. & 5. an non ſit certus. & hoc dicitur infra titu. 1. in. l. antiqui. §. fi. cætera de fructibus & ſumptibus & conſimilibus in ſuperiori titulo dicta, hîc repetita crede. Azo.*

*Superior titu. eſt de aſſe, hîc de parte, nam & ſi pars here. peta. actionē daturū ſe prætor pollicetur. Dat vero prætor actiones tā ſuas quā ciuiles. Cuia.*

P*Oſt actionē*.] CASVS. Iuriſcō. cōtinuationē iſtius tit. ponit ad ſuperiorē. ex quo dictū eſt de eo qui pro toto dicit ſe E heredē: nūc dicit de eo qui pro parte dicit ſe heredē. [IS QVI.] Ad hoc vt aliquis totā her. petat vel partē, nō eſt cōſiderādum quantū ille poſſideat à quo petere vult: ſed cōſiderare debet ius ſuū ꝓpriū. ſ. an ſit heres pro parte: an ſit in ſolidū: & ſi ꝓ parte, petit partē: ſi in ſolidū, ſolidā. [QVINIMO.] Me & te heredibus inſtitutis, vno in ſemiſſe, & alio in ſemiſſe: totā here. Titius & Seius occupauerūt, & inter ſe diuiſerūt. quęritur vtrū medietatem petam ab vno: & tu aliā ab alio? Reſpō. quòd medietatem petemus ambo ab alio. [PROINDE.] Succeſſi Titio pro dimidia: poſſediſti tu aliam: negaui te coheredē meum eſſe: & tu me. debeo petere mediā illius portionis quā tu poſſides: & tu illius quā poſſidebā. Sed quid ſi confiteor te coheredem meū eſſę. & tu me? Debemus experiri iudicio fami. erciſc. [SI EGO.] Me & te heredibus inſtitutis: tu vnam medietatē poſſediſti, & Titius extraneus aliam. an integrum ſemiſſem à Titio extraneo petere debeam: an dimidiam à te coherede, & aliam à Titio, quæri- A tur. Et dicit quidam iuriſcon. quòd ſemiſſem à titio petere debeo. Item me & te pro æqualibus portionib⁹ inſtitutis, quatuor vncias poſſedi: & tu alias quatuor: & tertius quatuor. quæritur qualiter quiſque debeat conſequi portionis ſuæ hereditariæ debitum? Reſpon. quòd agere debeo cōtra extraneum, & conſequi debeo duas vncias: & duas alias à te: & tu duas à me: & alias duas ab extraneo: veruntamen ratione duarū vnciarum mearū obiicere poſſumus compenſationem. [INTERDVM.] Deceſſit quis relicto nepote ex filio vno: & vxore prægnāte ex alio: quā portionem petere debeat nepos ſuperſtes de here. auita, quæritur. Et reſpon. quòd admittitur ad incertam portionē petēdam. quæ ſit enim ſua portio, neſcit: quia incertum eſt quot filij naſcentur: & maximè ſecundum iura iſta ſecūdum quæ diuidebatur hereditas in capita. ſed dic caſum & veri⁹ vt hîc not. per gloſ. Vi.

SI PARS HEREDItatis petatur.

TITVLVS IIII.

Iſta lex cōtinuat ſe primò ad pręcedētia. Secūdò intrat materiā. Secūda ibi: is qui. Et prima pars quæ cōtinuatur, nō indiget ſūmario. B.

I. VLPIANVS *libro quinto ad Edictum.*

B POſt actionē quā [f] propoſuit [g] prætor ei qui ad ſe ſolum hereditatē pertinere contendit: conſequens fuit & ei proponere [h] qui partem hereditatis petit.

In petitione hereditatis concluſio ſumitur reſpectu iuris agentis, nō reſpectu poſſeſſoris cōueti. B.

Qui hereditatem vel partem [i] hereditatis petit, is non ex eo metitur quod poſſeſſor occupauit, ſed ex ſuo iure: [k] & ideo ſiue ex C aſſe heres ſit, totā hereditatē vindicabit, [l] licèt tu vnā rem poſſideas. ſiue ex parte, partem: licèt tu

f *Poſt actionem quam*. ſic loquitur quaſi alia ſit actio de qua ſuperiori tit. expoſuit, ab ea cuius tractatum hîc ponit: quod falſum eſt. vna eſt enim actio. peti. here. quę pro tota hereditate vel eius parte proponitur: vnde & ſuperiori tit. in illa. l. licet. de parte hereditatis locutus eſt. Dic ergo, poſt actionem. i. poſt tractatum quem fecit vbi quis ſe ſolum dicit heredem proponendo actionem, conſequens fuit & ei proponere. ſ. actionem eandem: id eſt peti. her. Vel dic, vna eſt actio in genere: diuerſæ tamen ſunt ſpecies: vt. j. titu. j. l. j. & ij. nam & alia tibi. & alia mihi datur actio: ſicut & hic homo eſt, & ille: duo tamen ſunt, quorum neuter eſt alter: nec tamen concedendum eſt quòd inter ſe differant ſpecie illa quæ mihi. & illa quæ tibi datur, vel homo ab homine: quia D ſingularia inter ſe ſpecie non differūt: vt ait Ariſtot. Item quod ſubiicit, quòd prætor ſuperiorem actionem induxit: videtur falſum. nā imò ſenatores propoſuerunt: vt. ſ. proxi. ti. itē veniūt. §. præter hæc. vnde & centumuiralis dicitur: vt C. eo. l. fi. in prin. & ciuilis: vt. j. tit. j. l. j. & . ſ. de iuſti. & iur. l. ius autem ciuile. Sed reſpon. impropriè loquitur: nam quia ſuper ea locutus eſt prætor, ideo prætoriam vocat. ſic. j. commo. l. j. Sed vbi prætor locutus eſt ſuper ea? Certè nō in ſuperiori tit. ſed alibi fortè locutus fuerat. ſic. j. ſi qua. pau. fe. di. l. j. in prin. §. j.

Singularia inter ſe, ſpecie nō differūt.

g *Propoſuit*. id eſt conceſſit. Accur.

h *Proponere*. id eſt concedere.

i *Partem*. Hîc debet eſſe piſ. litera, qui partem hereditatis vel totam hereditatem petit, ius non ex eo, &c. Et dic, metitur ſcilicet actor. Alij habent principium huius. §. ibi, ius non ex eo &c. & tunc, metitur ſcilicet prætor. prima verior. & ſecundum hoc. i. ſecundum ſecundam literam abundat, is qui &c.

E k *Ex ſuo iure*. id eſt ſucceſſione. ſic. j. de condic. indebi. ſi pœnæ cauſa. §. j. Sed argu. contra. C. de rei vindi. l. res alienas. quæ eſt. l. fin. imò concordat.

l *Vindicabit*. tu dicas, id eſt vindicando: id eſt petendo id ſolum quod quis poſſidet. dicet totam hereditatem ad ſe pertinere, & ſuam eſſe ſecundum Azo. Alij autem fere omnes ſcripſerunt & dixerunt quòd etiā ſi rem minimā quis poſſidet, tamen eſt obligatus ad totam hereditatem reſtituendam: ſed de æquitate liberatur reſtituendo id ſolū quod habet: vt. ſ. tit. j. l. licèt. & habent pro ſe arg. & ſimilę (vt dicunt) j. de pecu. l. quæſitum. & propter hoc etiā dicunt ſtatutū eſſe quod legitur. ſ. titu. j. l. iiij. Sed certè nil eſt falſius eo. quis enim credat aliquem eſſe obligatum ad id quod non habet, neq; habuit, neque promiſit, neque ex ſuo delicto tenetur, vel facto? certè ſi obligat⁹ eſt, ergo ex contractu, vel quaſi: ex maleficio, vel quaſi: vt inſti. de oblig. §. ſequēs. quorum nullū eſt hic. Quæſo dicat mihi aliquis qđ eſt illud ius ſtrictum

vnde

vnde talis obligatio oritur?Item ſimile quod inducūt ex actione de peculio,contra eos eſt apertè. pater enim non in plus eſt obligatus,quàm ſit in peculio : vt infra de li.le. l. ſi quis reum. §. huic.& infra de pecu.quotiens.§. ſi ſemel. & quod dicitur rectè agi de peculio,etiā ſi nihil eſt in peculio : non eſt ita ſtultè intelligēdū vt creditor poſſit dicere,ego peto decem actione de peculio in quib⁹ es obligatus. Sed ita vt dicat [a] creditor : ego cōuenio dominum ex cōtractu ſerui qui decem mihi promiſit:vt mihi rationē de eo faciat, vel mihi ſatisfaciat ſecūdum vires peculij. Præterea quod.ſ̃.titu.j.l.iiij. dicitur, nō eſt ideo quia poſſeſſor in omnib⁹ tenetur:ſed quia vniuerſalis eſt petitio, & vniuerſa ſua eſſe in libello complectitur. Eodem modo reſpōdetur.ſ̃.titu.j.item videndum.§. ſi quis cū. Præterea eadem ratione contingit qua & in rei vindicatione: vt infra de rei vin.l.ſinautem.§.poſſidere. quid eſt ergo qđ dicitur hîc, vindicat totam?Reſpond.vt prius dixi. qui vnam rem in ſolidū ſibi reſtitui cupit,ſibi totā debet vindicare & attribuere hereditatem,id eſt dicere debet ſe in ſolidū heredem : & ideo in ſolidum reſtituendā rem: alioquin non totū, ſed ꝓ parte reſtitueretur. Cautè ergo poſuit verbū vindicabit, non dixit petit. hoc enim falſum eſſet. Azo.

a] Iſta gloſ. eſt no. ſecūdum Bald. inquantum dat formam & modum agendi in actione de peculio

* adſerant.

totam hereditatem poſſideas.

Plures heredes debēt agere cōtra plures poſſeſſores: : nec poteſt vnus eligere vnum, alius aliū. Bar.

Quinimò ſi duo poſſideant [a] hereditatem,& duo ſint qui ad ſe partes pertinere dicāt: [b] non ſinguli à ſingulis petere contenti eſſe debent, puta primus à primo, vel 3 ſecundus à ſecundo: ſed ambo à primo,& ambo à ſecundo. Neque enim alter [c] primi, [d] alter ſecundi [e] partem poſſidet, ſed ambo vtriuſque pro herede.

Si ſunt plures ad quos hereditas pertinet pro diuiſo, poteſt alter ab altero conueniri hac actione, vel famil.erciſc. ſi fatentur ſe eſſe heredes. Barto.

Et ſi poſſeſſor [f] & petitor poſſideant hereditatem, [g] cum vnuſquiſque eorum partem dimidiam hereditatis ſibi adſerat, [h] * inuicem petere debebunt, vt partes rerum conſequantur: [i] aut ſi controuerſiam ſibi non faciunt [k] hereditatis, familiæ erciſcundæ experiri eos oportebit.

Si coheres meus & extraneus poſſideant hereditatem pro indiuiſo, extraneum tantum conueniam. Bartolus.

Si ego ex parte me dicam heredem, coheres autem meus poſſideat [l] hereditatem cum extraneo, cum nō plus coheres haberet ſua parte: [m] vtrum à ſolo extraneo, an verò & à coherede deberem petere hereditatem, quæritur. Et Pegaſus fertur exiſtimaſſe, à ſolo extraneo me petere debere: eúmque reſtituturum quicquid poſſidet. Et fortaſſis hoc officio iudicis debeat fieri. Cæterùm ratio [n] facit vt à duobus * petam hereditatem: hoc eſt & à coherede meo: & ille quoque dirigat actionem aduerſus exterum poſſeſſorem. Sed Pegaſi ſententia vtilior † eſt. *

Qui partem poſſidet pro indiuiſo, à coherede & extraneo poſſidentibus reſiduam partem petet: vel inter eum & coheredem compenſatio fiet. Bar.

C Item ſi cum [o] me ex parte dimidia heredem dicerem, trientem [p] hereditatis poſſiderem, [q] deinde reſiduum ſextantem velim perſequi: [r] qualiter agam videamus. Et Labeo ſcribit vtique partem dimidiam me petere debere à ſingulis: [ſ] ſic fieri [t] vt à ſingulis ſextantem conſequar: & habebo beſſem. quod verum puto. Sed ipſe [u] tenebor [x] ad reſtitutionem ſextantis

A tē actor ꝓſequitur. Sed ibi ꝓ indiuiſo poſſidet res: hîc ꝓ diuiſo.

k *Non faciunt*. Quia nemo dicit rem quam poſſidet in ſolidum, pertinere ad ſe. Vel verius, quia quilibet alium coheredem confitetur. Et not. quòd innuit hic.§. (quod eſt verum: vt C. famil. erciſ.l.in familiæ.) quòd ceſſat fami.erciſc. iudicium vbi de hereditate fit quæſtio: quia vnus alterū negat coheredem. & ſic eſt cōtra infra famil. erciſc.l. j.&.l.fundus qui dotis nomine. §. ſi ego. vbi dicit etiā vbi eſt controuerſia, habere locū fam.er.iudiciū, ex quo ambo poſſidēt. Sol. ibi poſſeſſor pro eo quod poſſidebat, intentabat iudiciū fam.erci. quod poteſt, licèt coheres negetur: hîc verò ꝓ eo quod non poſſidet, nō poſſe intētare fam. erciſc. iudicium innuit. quod verum eſt.

* Sūmo iure cū vtroque experiri debeo, cū vterque partē meā poſſideat.ſ̃ §. quinimo. L.R.

l *Poßideat*. pro indiuiſo.

† æquior

m *Sua parte*. tūc enim quia nō poſſidet quod ſit alterius, conueniri non poteſt. nec enim medietas mihi ꝓ indiuiſo competēs eſt tua: nec tibi competens eſt mea: puta: vna vocetur b. alia a. quæ eſt mea.ſ.a, nō eſt tua: neque b. mea. At opponitur, conſtituatur aliquod totum ex a & b. & illud vocetur c. hoc eſt mihi & tibi cōmune: ergo quælibet eius pars, ſecundum Io. nō ſequitur: vt.j̃.de verb. ſig.littus.§.prædia.Az.

* ſcilicet vt perplexitas & ambages (bis enim ageretur eadē pe re) vitētur. L. R.

vide l.8.j̃. de rei vindic.

n *Cæterum ratio*. ſcilicet prædicta.ſ̃. eod. §. ꝓinde. &. §. quinimò.

a *Si duo poßideāt*.ſ.pro diuiſo.ſecus ſi pro indiuiſo: vt.j̃.ea.l.§.ſi ego.&.j̃.eo.ſorori.j.reſpon.ſecundum Azo. tu dic etiam ſi pro indiuiſo poſſidēt illi qui cōueniūtur, habere locū hūc.§. quia nō poteſt magis primus petere à primo, quàm à ſecūdo: & ſecūdus magis à primo quàm à ſecundo: & ideo ambo petēt à primo: & ambo à ſecundo. Ar. ad hoc.j̃.de fideiuſſ.l. generaliter. vbi dicit quòd ſi vnus conreorum ſuccedat alteri conreo, quòd neutrius obligatio extinguitur: quia non poteſt apparere quæ magis. Itē nō ob.ſequēs.§.ſi ego. quia certus eſt à quo petere poſſit.ſ.ab extraneo, & non coherede qui nil vltra ſuam partem poſſidet. Itē l.illa, ſorori.& pro diuiſo & pro indiuiſo poteſt intelligi.

b *Dicant*.& verum ſit.

c *Alter*.poſſeſſorum.

d *Primi*.ſcilicet tantùm.

e *Secundi*.ſcilicet tantùm.

f *Et ſi poſſeſſor*.quilibet in parte poſſidet,& in parte petit.

g *Hereditatem*. id eſt res hereditarias, & pro diuiſo, puta vnus poſſidet fundum Seianū, alius Gabinianū: vt infra de exceptione rei iudicatæ.l.ſi inter.in prin.

h *Adſerat*. ſcilicet cōpetere: & petenti ſcilicet aduerſario nihil. pone ergo quòd poſſideo rem quæ continet dimidiam: conuenior à te coherede meo pro parte dimidia rei, & vnam medietatem huius rei meam eſſe dico. alteram dico non eſſe tuam. tu quoque omnino idem mihi reſpondes, cum poſtea conuenio te pro dimidia eius quod poſſides.

i *Cōſequātur*.ſ.quilibet dimidiā eius quod poſſidet aduerſarius. nā in parte qualibet quilibet habet ſuā dimidiā. ſic &.j̃.qui. mo. pign. vel hypo.ſol.ſi cōſenſerit.§.fi.&.j̃.de vſufru.ſi mihi & tibi. &.j̃.eo.§.item ſi cū.& infra de coniungen.cum emā.li.l.j.§.filio. Sed contra infra pro ſo.l.ſi Titius.cum quo.in fi. Sol. ibi in pecunia ſpeciale. Itē contra infra de rei vin.l.ſi ex æquis. aliàs incipit Pōponius libro 36.probat, ſi ex.&.j̃.proxi.§. vbi tantū vnā par-

D ſed mala eſt, quia hîc loquitur cum pro indiuiſo poſſidet hic coheres: ibi cum pro diuiſo. Vel verius dic, ratio ſcilicet ſtricti iuris: vt hîc,&.j̃.fami.erci.l.item Labeo.in prin. quæ eſt cōtra, ſed æquitas contradicit: vt hîc ſubiicit,& procedit: vt.j̃.fami.erciſc. Lucius.&.ſ̃.de inoffi.teſt.l.filio.j.reſpon.&.l.mater.§. præterea. & C.depoſi.l.fi. Vel dic [b] ratio in genere aliud ſuadet: ſed ratio in ſpecie ſuadet ſecundum Pegaſum. Accur.

b] No. quòd ratio in ſpecie, vincit rationem in genere. vide quod no. per Dy. in ca. 2. de regu. iur. in 6.

o *Item ſi cum*. Dic caſum, quòd duo eramus coheredes,& æqualibus portionibus: ſed quilibet poſſidet quatuor vncias: & alius quidā extraneus quatuor. agam ad dimidiam eius quod quilibet eorū tenet.& ſic à quolibet eorum habeo duas vncias: & ſic habeo vltra quàm debeam: ergo reddam duas vncias coheredi. & ne hic circuitus fiat, dic compenſationem fieri.

p *Trientem*.id eſt hereditarias res pro diuiſo, quæ faciunt trientem. Io. res enim nō dicitur propriè pars hereditatis: vt.j̃.ſi quis omiſ.cau.te.l.quamuis non propriè.

E q *Poßiderem*.& alium coheres meus,& alium extraneus quidā, & omnes pro diuiſo.

r *Perſequi*.ſ.à duobus: quorū vnuſquiſque trientem poſſidet, & eorum vnus eſt mihi coheres. Azo. Sed nunquid pro indiuiſo poſſident? Reſpon. nō, vt dixi: tunc enim nihil à coherede meo peterem: vt.ſ̃.e.l.§.ſi ego. Nunquid ergo pro diuiſo? Reſpon. ita. quare ergo ſextantem peto à poſſidente? imò cum pro dimidia ſim heres, dimidiā petere deberē. Reſpon. ſextantem peto totius hereditatis, qui cōtinet dimidiam illius trientis: quia in dimidia me heredem dico: vt.ſ̃.ea.l.§.j.& illa dimidia ſextans dicitur.

ſ *A ſingulis*.ſcilicet ſui trientis: quia in dimidiam me heredem dico: vt.ſ̃.e.l.j.§.j.

t *Sic fieri*. quia non condemnatur niſi in dimidiam eius quod poſſidet. Io.

u *Ipſe*.ſcilicet ego.

n *Quis vindicabit*. ſub appellatione dimidiæ: videlicet pro indiuiſo.Et eſt ratio:quia fortuito caſu mixta ſunt, non vt ſint cōmunia,ſecundum Ioā.ſiue oues cuiuſlibet ſufficiant ad gregem, ſiue non.ſic & quælibet corpora manent eius cuius fuerunt : vt inſtitu.de re.di.§.ꝙ ſi frumentum. verſic.ſed nec. Item quia neutra facit gregem : vt patet in exemplo quod fuit de.v.&.v.Sed & ſi ſufficiant ad gregē,adhuc tamen non vindicabitur medietas vt grex, nec pro diuiſo,nec pro indiuiſo, ſecūdum Io. ſed H. contra. Et quia hoc in populis coadunatis videmus ad aliquam prædicationem, vel etiā ad habitationem: & tamē quilibet durat populus. Item ſi primò erat grex meus, nō deſinit propter coaceruatione: & ſic grex eſt, & pars gregis. ſed nec totū vnuſquiſque vindicat : quia nō poſſunt duo eſſe domini inſolidū:vt.ī.commo. l.ſi vt certo.§.ſi.Agetur ergo ſecundū Io.communi di.& rei vin. pro ſuis corporibus. Sed quid ſi omnia corpora ſint communia pro indiuiſo : nunquid poterit vindicari pro indiuiſo medietas gregis?Rñ.ſic:vt arg.ī.eo.quæ de tota.§.incertæ.

* nec.

† reſtitutionem tamen.

C o *Sed ſi maiorem*.quàm alius.& ſic maior trahit ad ſe minorem: vt infra de acquir.re.do.l.quidquid.§.ſi.Azo.& Ioā.ſed H.id eſt magnum. Nam ſufficit quemlibet habere magnum,ſi vult vindicare vt gregem:vt dixi modo. & ſit grex ex decem ouibus : vt infra de abige.l.oues.

p *Vindicaturus ſit*.gregem vindicabit tamen in reſtitutione &c.

q *Capita*.niſi eorum nomine poſſit intentari Publiciana ſecundum H.vt infra.l.proxi.in ſi.j. reſpon. Et no.quod innuit hîc,ꝙ aliena capita in reſtitutione non veniunt : ſed in petitione ſic: quod verum eſt.Nam totus grex eſt meus : nec enim dici poteſt partem gregis alienam eſſe : vtpote cum dominus aliarū ouium ex ſuis ouibus gregem conſtituere noluit. Vel ( quod verius eſt) dicas quòd nō totus ſit grex meus,cum quædam ſint alienæ, vel etiam vna:nec totū gregē poſſum vindicare, vt colligas ſingula eius capita : & concedendū eſt partem gregis alienā eſſe, nec tamen cōmunem:vt inſtit.de re.di.§.quòd ſi frumentum.verſi.ſed nec magis.Vel ſi velis dicere totum eſſe meū,vt primò dixi : habes arg.ī.de acquirē. re.do.quicquid.§.at in his.licèt reſponderi poſſet,ꝙ aliud ſit in grege, in quo ſunt diſtantia corpora, quæ per ſe eſſe cenſentur:ibi verò vnum alteri cedit. ſed certè quantum ad hoc non eſt differentia.Vnde expone,vt contraria vites: ego poſſum vindicare totum gregem. i. gregem qui eſt quoddā totale corpus:vt inſti.de leg.§.ſi grex.verſi. grege. alteri rei non accedēs.Si verò dicas totum.i.quamlibet eius partē, falſum eſt. Azo.& ſic inclinat in ſecundam. Et eſt verum quòd eſt meus, & quòd non eſt meus,diuerſis reſpectibus.

Aliena capita in reſtitutione nō veniunt.

D

E *Marcellus*. CASVS. Conſtitutus erat grex ex.ccc.ouibus: centum perierunt : alias. c. emi : & ſubrogaui in locum mortuarum : grex ad Titium peruenit : ſi vindico ? Et diſtingue tantùm,an ab alio emerim,aut à domino:vt in primo caſu competat mihi directa in rem actio : in ſecundo autem Publiciana in rem act. ſi autem omnes perierunt præter ſubmiſſas , omnes gregis nomine petuntur. [ARMAMENTA.] Si armamenta mea in naui tua fixiſti, & iterum fuerunt diſſoluta : potero ea vindicare.vel dic,poſſedit quis nauem meam:diſſoluta eſt.potero armamēta per ſe vindicare: item paruam nauem quæ magnā ſequitur,etſi magna integra remaneat. [POMPONIVS.] Titius habeat v. de meo, &. v. de tuo : iſta . v . in maſſam redegit. iſta maſſa erit mihi & tibi communis : & portionem tuam vindicare poteris pro rata ponderis. Item agere potero pro portione mea : & Titius qui dolo malo confudit, tenetur furti, & ad exhibendum. ſi autem vnum argentum pretioſius erat : eius habebitur ratio.

r *Marcellus*.aliàs incipit, Marcellus : & aliàs incipit lex iſta , qui gregem.

a *Continebuntur*.ar.quòd qui proponit rei vind. etiam Publicianam videatur propoſuiſſe:vt infra de euic.l.minor.§.ſi ſeruus.
b *Vindicare*.per actionem in rem,primo caſu:vel Publiciana, in ſecundo:vt enim pro re ſingulari & vnica, ita & pro hac corporali vniuerſitate Publiciana competit & datur. Sed ſi Publiciana datur: ergo vſucapitur grex.Sed contra. j. de vſuca.l.reũ mixtura. in fi. vbi dicit vniuerſi gregis nullã eſſe vſucapionẽ.Sol. ſubaudi ibi tantũ. q.d. nõ eſſe vſuca. tantũ vniuerſi gregis,ſed etiam partis: vt corporũ ſingulorũ: licèt aliud ſit in domo: vt.j.de vſuca.l. eũ qui ædes.Sed obiicitur,hic eſt idem grex, qui fuit ab initio: vt.s. de iudi.l. proponebatur. ergo ſi eſt dominus huius gregis:cũ nullo modo eũ alienauerit:vt.j. de regu.iu.l id quod noſtrũ. Reſpõ.non eſt ita.nam amiſit dominiũ gregis morte ſingulorum capitum:& ideo vindicare dominiũ hac actione non poteſt. Præterea licèt eſſet idem,non tamẽ omnino: ſicut & qui dolo deſiit poſſidere, non eſt omnino idẽ ac ſi poſſideret. Itẽ & ſi prorſus idem, tamen eſt alteratus. Alij dicũt vtrobiq; cõpetere directã: vt.l. proponebatur.& hîc. & facit j.de excep. rei iudi.l. ſi cum teſtamento.§.j.
c *Singula*.quæ ſunt ſeparata.M.nam de coniunctis agitur ad exhi. vt.j.eo.in rem. §. item quæcunque.Azo.
d *Separatim*.ſine naui: quia non eſt pars nauis, ſed per ſe nauicula quædam:vt.j. de euic. ſcaphã. & infra de fun. inſtru.l.fi.
e *Pro parte*. ſ. quota. Accurſius.
f *Redactum eſt*.à te, vel ab alio.
g *Etſi*.id eſt quamuis.
h *Incertum ſit*. ſcilicet dũ proponitur actio: certificandũ eſt tamen poſtea.ſic &.j. depoſi. l.j.§.ſi quis argentum,vel aurum.Alioquin cõtra: quia nulla fieret condemnatio:vt.j.eo.idem Pompo.ſi frumentum.§.fi. Azo. & facit ad hoc reſpon.s.ſi pars here. pe.l.j. in fi. &. j. eo. quæ de tota.§.incertæ.Accurſius.
i *Quo quidem.Etiam communi diuidundo*. ſi ſine dolo commixtum fuit.
k *Sed & furti*.vbi mala fide.
l *Haberi*.vt quia dolo deſiit poſſe exhibere, iuretur contra eum in litem:ſicque arbitrio iurantis fit rei æſtimatio:& habetur ratio pretij rei:vt.j. ad exhi.Iul. ſcribit. & infra de in lit.iur.l. in actionibus.Azo.& ita in hoc caſu non eſt præparatoria alterius actionis:quod eſt aliàs:vt infra ad exhib.l.j.
m *Fuerat*.ex maſſa facta ex vtriuſque materia: non autem præſtabitur pretium,ſicut in actione ad exhibendum.Accurſius.
*Idem*.] Casus. Titius frumentum meum & tuum miſcuit: ſed nobis inuitis.quilibet vindicat corbes. ſi nobis volẽtibus, agetur communi di. Sed quid ſi ex vino meo & melle tuo fecit quis mulſum?dicit quòd mihi & tibi erit commune. verius tamẽ eſt vt ſpecificantis ſit. Sed quid ſi miſceat plumbum meum argento tuo:an maſſa ſit communis? Et dicitur quòd non:quia ſeparari poſſunt hæ ſpecies.Sed quid ſi aurum meum cum ære tuo miſceres?maſſa communicabitur: & quilibet poterit partem ſuã vindicare: nec fit ſpecificantis:vt fit in mulſo.Viuianus.
n *Idem Pomponius*.aliàs lex, idem Pomponius. & aliàs, ſi frumentum.
o *Competit*. cõtra aliũ inſolidũ poſſidentem.
p *Paret*.id eſt,quilibet aget pro ſuis granis,cũ omnia ſeruauerint ſuã ſubſtantiam:ſicut ſi pecora Titij mixta eſſent: vt inſtitut. de re. di. §. ꝙ ſi frumẽtũ. Sed quid ſi non apparet quod fuerit cuiuſque: & ſic ſeparatio eſt difficilis, vel impoſſibilis? Reſpon. vtrique pro ea parte quam habuit in frumento, vtilis communi di.competit propter difficilem diſcretionẽ:vt arg. j. de vſufru. l. vſufructuarium. §. ſi in viuariis. Et ſic fortè intelligitur quod eſt inſtit.de re.diu.§. ꝙ ſi frumẽtum. verſi. ſed nec. vt æſtimet iudex quale cuiuſque,&c. vt ſic plus de hoc attribuat. ſecus in pecunia: vt infra de ſolu. ſi alieni. Additio. Dic quòd ſpeciale eſt in pecunia,vt ſola commixtione cõmunicetur indiſtinctè: vt.l. ſingularia infra ſi cer.pe. ſecũdum.Bar.
q *Mulſum*. ab aliquo bona fide,& ſuo nomine. multo magis ſi vn⁹ eorum fecit:vt inſti. de re diui.§. ꝙ ſi partim.
r *Qui fecit*.iure ſpecificationis: vt inſti. de re. di.§.cũ quis ex aliena.
ſ *Sed ſi plumbum*. Primò dicit quando eiuſdem materiæ,ſed ſeparari nõ poteſt: vt.s.eo. Marcellus. §. Pomponius.&.l.quo quidem. Secũdò quãdo ſimiliter eiuſdẽ materiæ, ſed ſeparari poteſt:vt in prin.huius.l.Nũc autẽ aduerſatur:ſed ſi,&c. ſcilicet quando diuerſæ ſunt materiæ. Et primò quãdo ſeparari poteſt,ſecũdò quãdo non poteſt.& hæc omnia quãdo nõ tranſeunt in ſpeciem.aliàs eſt ſpecificantis:vt in mulſo.§.s.proxi.
t *Mixtum ſit*.ſine voluntate dominorum.
u *Nec communi diuidundo*.per conſequentiam.
x *Sed ſi deduci*.pone caſum duobus modis.Primo,ſi nullo modo poteſt ſeparari æs ab auro,communi di.agitur, & pro parte vindicatur: & tunc non eſt idem quod in mulſo, quod ſpecificanti cedit.Sed hoc non valet:quia ſeparari ab artificibus poteſt: vt.j. de acqui.re.do.l.lacus.§.ſi ex ære.Secundo,ſi non poteſt ſeparari facilè: tunc pro parte vindicatur:ſed nec communicatur:nec cõmuni di.agitur:nec erit dicendum quod à quibuſdam de mulſo dictum eſt,licèt malè,ſcilicet vt communicetur.
y *Pro parte*.ſ.incerta:ſed poſtea certa fit:ſicut & quando eſt ſimilis materia:vt.s.eo.l.Marcellus.§.fi.ſecundum R.& Io.
z *Dictum eſt*. vt ſpecificanti cedat, ſecundum primum caſum: vel

† Cõiuncta glo.ſuper verb.vindicare. vide Inno.in c. certificari. de ſepul. vbi dicit quòd omnis vniuerſitas habet nomen à iure: & in hoc cognoſcitur vtrum agatur vniuerſaliter, vel non.

---

gregem habebat capitum trecentorum: amiſſis centum redemit totidem capita aliena ab eo qui dominium eorum habebat, vel aliena ab eo qui bona fide ea poſſidebat.& hæc vtique† gregis(inquit) vindicatione continebuntur.[a] Sed & ſi ea ſola ſuperſint capita quę redempta ſunt:adhuc eũ poſſe gregem vindicare.[b]

Inſtrumentum nõ venit in vindicatione rei inſtructę:ſed eſt ſpecialiter vindicandum.Bartolus.

Armamẽta nauis ſingula[c] erũt vindicanda.Scapha quoque ſeparatim[d] vindicabitur.

Continua.Supra in præcedenti titu.dixit de vniuerſitate,quæ cõſiſtit in compoſitionibus ſeparatis: & ſic de commixtione corporum quæ ſeparata remanent. Hic incipit tractare de commixtione corporum quæ confunduntur. & hoc intendit: Si duorum res confunduntur, efficitur res communis:& quilibet vindicabit pro rata:& qui dolo confundit, tenetur ac ſi dolo deſiiſſet poſſidere. hoc dicit.cum.l.ſeq.Bartolus.

Pomponius ſcribit:ſi quid quod eiuſdem naturæ eſt,ita confuſum eſt,atque commixtum, vt deduci & ſeparari non poſſit,non totum, ſed pro parte[e] eſſe vindicãdum: vt puta meum & tuum argentum in maſſam redactum[f] eſt:erit nobis commune:& vnuſquiſque pro rata ponderis quod in maſſa habemus,vindicabimus,etſi[g] incertum ſit[h] quantum quiſque ponderis in maſſa habet.

IIII. Pavlvs *libro vicenſimo-primo ad Edictum*.

Quo quidem caſu etiam communi diuidundo[i] agi poterit.Sed & furti[k] & ad exhibendũ tenebitur,qui dolo malo confundendum id argẽtum curauit, ita vt in ad exhibendum actione pretij ratio haberi[l] debeat,in vindicatione vel cõmuni diuidundo actione hoc amplius ferat, cuius argentum pretioſius fuerat.[m]

In rebus quæ commixtione nõ confunduntur,remanet dominiũ eorum quorũ erat primò: niſi eorum voluntate ſit facta commixtio.Bartolus.

V. Vlpianvs *libro ſextodecimo ad Edictum*.

Idem Pomponius[n] ſcribit: Si frumentum duorum non voluntate eorum confuſum ſit, com petit[o] ſingulis in rem actio in id in quantum paret[p] in illo aceruo ſuum cuiuſque eſſe. Quòd ſi voluntate eorũ commixta ſunt, tũc communicata videbuntur:& erit communi diuidundo actio.

Res quæ cõmixtione ſpeciẽ mutant,deſinunt eſſe domini prioris: & res ſpecificãtis efficiuntur.Bar.

Idem ſcribit:ſi ex melle meo,vino tuo,factũ ſit mulſum:[q] quoſdam exiſtimaſſe id quoque communicari.ſed puto verius(vt & ipſe ſignificat)eius potius eſſe qui fecit:[r] quoniam ſuam ſpeciem priſtinam non continet.

In rebus diuerſi generis,quæ cõmixtione non mutant ſpeciem: ſi ſeparari poſſunt,quilibet vindicabit ſuum. aliàs communicabitur, & pro parte vindicabitur.Barto.

Sed ſi plumbum[ſ] cum argento mixtum ſit:[t] quia deduci poſſit, nec cõmunicabitur,nec communi diuidundo[u] agetur,quia ſeparari poteſt. agetur autem in rem actio.Sed ſi deduci,[x] inquit, non poſſit,vt puta ſi æs & aurum mixtum fuerit:* pro parte[y] eſſe vindicandum nequaquã erit dicendum,quod in mulſo dictum eſt:[z]

* Hodie tamẽ chryſulcæ aquæ vi aurũ à quocunque metallo ſeparari poteſt. Alciat.lib.6. parer. ca.11.

vel ſecundum alium,vt communicetur:ſed malè in hoc dicebãt: nam cedit ſpecificanti:vt ſupra.§.idem ſcribit.

a *Vtraque*. ratio quare non cedat ſpecificanti : quia vtrunq; remanet in rudi materia.& hoc ſecundum primum caſum . Vel ratio quare pro parte videatur vindicandum,ſecundum alium caſum.Tertiò etiam poſſet dici , vt eſſet remotiua ratio quare idē hîc videbaẽ quod in mulſo : quia vtrobique remanet eadem materia. ſed hoc falſum in mulſo : quia tranſit in ſpeciem : & ideo ſpecificanti cedit,ſi bona fide fecit.ſecus ſi mala fide: vt.j̃. ad exhi.l. de eo.§. ſi quis.& ſi fecit nomine ſuo : vt.j̃. de acqui. re.do.l. quicquid. §. vbi. Et ſi ſpecies nõ poteſt reduci ad primã materiã ,ſicut eſt in mulſo, quod ad mel & ad vinum reſolui nõ poteſt: vt inſti.de re.di.§. cum ex aliena. Item no. ex prædictis , quòd in tribus differt confuſio à mixtione.ſpecies enim dicũtur miſceri : materiæ confundi: licet Pe. dixerit econtrario . Itẽ ſpecies mixtæ remanẽt in eadem ſubſtantia & ſpecie: confuſæ autem ttansferuntur in aliam materiam.Item confuſa ſunt cõmunia , licèt ſine volũtate dominorum:ſed mixta demum cum voluntate.Itẽ no. quòd cõfundere dicitur quis (licet abuſiuè) qui frumẽta miſcet : vt j̃. loca. l. in naue Saupheli.Itẽ in pecunia eſt ſpeciale , vt ſola mixtione ſuos faciat:vt j̃.de ſol.ſi alieni.Et eſt fortè propter prærogatiuã ſolutionis,ſiue pecuniæ:vt.j̃.ſi cer.peta.l.ſingularia.Vel quia impoſſibilis eſt ſeparatio:vt arg.j̃.de vſufruct.l.vſufructuarium.§.ſi in viuariis.

Confuſio & mixtio in tribus differunt.

b *Sed meum*.vt enim in rationali animali partus ſequitur vẽtrẽ: vt.C.de rei vind.partũ.ſic & in irrationali:vt hîc.Ex conſuetudine tamẽ in aliquibus partibus habet dominus equi pedẽ vnum.

c *Tranſlata*.facto alicuius . cæterũ ſi aquæ impetu coaluit: nulla datur actio ſecundum quoſdam. Sed ſecundum Azo. idem in vtroque:maximẽ quia leges de hoc tractantes, plerumque quãdo ſine facto hominis tranſeunt loquuntur : vt inſtitu. de re.diui.§. præterea quod per alluuionem. Accurſius.

d *Dabant*.& nos damus ſecũdum M. Et idem dicebant vbi quis amittebat dominium plãtatione, vel ſatione, vel ſpecificatione, vel pictura:ar.eius quod dicitur in tabula: vt inſtit.de re. diu.§.ſi quis in aliena.Sed certè eſt illud ſpeciale, vt quondam domino detur vtilis in rem.nam etiam directa videtur dari, niſi eſſet propter pretioſitatem picturæ.Item eſt pro M. de do. inter virum & vxorẽ.l.vtilem.Sed ibi appellat vtilem.ſ.in factum , non in rem. dic ergo ſecundũ B.& Io.hîc.Sed nos non damus : quia alterius eſt facta arbor alterius terræ alimẽto:vt.j̃.de dam.infec.hoc amplius.§.de his.verſi.Alphenus.&.j̃.de acqui.re.do.adeo.§.ſi.&.l. ſed ſi ex meis.§.arbor.Damus autem actionem in factũ pro æſtimatione ad inſtar ferruminatorum : vt infra eo.l. in rem. §. item quæcunque.Accurſius.

a] No.ex gl. quòd declaratio ſiue interpretatio libelli obſcuri nõ trãſit ad heredes.quod eſt nota. dignũ ſecundum Bald hîc cõcor.Inno.in. c. cum dilect⁹. extra de ſucceſ.ab inteſt.

e *Non deſinet*.ideoque directa,non vtilis daretur.

f *Rectè*.No.vt hîc,&.ſ̃.de iudi.ſi in iudiciis.&.j̃.de lega. j. l. iiij. &.j̃.de acqui.poſſ.ſi me in vacuam.&.C.de teſta.ſi in nomine.

g *Appareat*.iudici,vel reo.Sed quomodo poteſt non apparere, cum ſemper ſtemus dicto actoris:vt infra de verb.oblig.inter ſtipulantem.§.ſi Stichum.quæ eſt contra? Sol.dic actorem hîc deceſſiſſe,[a] vel eum nolle eligere.

h *Nullam*. No. quòd ratione incertitudinis condemnatio euitatur:vt & infra de re.du.ſi quis de pluribus. & infra de teſt. tu.l.

quia vtraque [a] materia,& ſi confuſa,manet tamen.

Fœtus cedit ei cuius eſt mater, non cuius eſt pater. Bartolus.

Idem ſcribit , ſi equam meam equus tuus prægnatem fecerit:nõ eſſe tuum ſed meum [b] quod natum eſt.

Arbor quæ radices egit , cedit ſolo:aliàs ſecus.Bartolus.

De arbore quæ in alienum agrum tranſlata [c] coaluit, & radices immiſit: Varus & Nerua vtilem in rem actionem dabant. [d] nam ſi nondum coaluit, mea eſſe non deſinet. [e]

Falſa demonſtratio circa rem petitam , non vitiat iudicium:idẽ ſi erretur in nomine iudicis . Bartolus.

Cum in rem agatur , ſi de corpore conueniat, error autem ſit in vocabulo : rectè [f] actum eſſe videtur.

Incertitudo rei impedit condẽnationem fieri.Bartolus.

Si plures ſint eiuſdem nominis ſerui, puta plures Erotes, nec appareat [g] de quo actum ſit : Pomponius dicit nullam [h] fieri condemnationem.

Iſta lex cum. gl. præcedentis. §. hoc dicit. Qui petit rem, debet eã declarare in libello ſecundum ipſius naturam & qualitatem. Bar:

VI. PAVLVS *libro ſexto ad Edictum.*

SI in rẽ [i] aliquis agat, debet deſignare rem: & vtrum totam [k] an partem, [l] & quotam [m] petat. Appellatio enim rei non genus ſed ſpeciem ſignificat. [n] Octauenus ita definit, quòd infectæ quidem materiæ põdus, [o] ſignatæ [p] verò numerum, factæ autem ſpeciem dici [q] oportet . Sed & menſura [r] dicenda erit cum res menſura continebitur. Et ſi veſtimenta noſtra eſſe, [ſ] vel dari [t] oportere nobis petamus , vtrum numerum eorũ dicere debebimus, an & colorem ? Et magis eſt vt vtrunque . [u] Nam illud inhumanum eſt,cogi nos dicere, trita ſint an noua , quamuis & in vaſis occurrat difficultas , vtrum lancem duntaxat dici oporteat, [x] an etiã quadrata, vel rotunda , vel pura, an cælata ſint.quæ ipſa in petitionibus quoque adiicere difficile eſt. nec ita coartanda res eſt, licèt in petendo homine nomen eius dici debeat : & vtrum puer , an adulſcẽs ſit: vtique ſi plures ſint. [y] Sed ſi nomen eius ignorem, de-

duo.& de re.iu.l. vbi repugnantia. Sed contra.j̃. de contrahenda A emptione.l.ſi in emptione.in prin. Sol. ibi in odium obſcurè loquentis: argu.ſ̃.de pac.l.veteribus.Item contra.j̃.de iis qui deie. vel ef.l.j.in.fi.Sed ibi nõ eſt aliquis de incertis : ſed dominus quẽ conſtat culpam commiſiſſe, ſaltem in mala familia , condemnatur:vt inſtitu.de ob. ex quaſi delic.§.fi.Itẽ contra.j̃.ad l.Aquil.ita vulneratus.§.rurſus. verſi. ídque eſt conſequens. &.l. itẽ Mela. §. ſi plures.Solu. ibi ne delicta maneant impunita : vt in prædicta . l. ita vulneratus.Itẽ cõtra.ſ̃.eo. l.Marcellus.in fi. Solu. licèt ibi in principio fuerit incertum, efficitur tamẽ poſtea certũ: vt ibi diximus.

i SI *in rem*. id eſt rei vindi . Sed certe ſi agatur in perſonam, habent locũ quę hac.l. dicuntur, vt patet in actione de dolo,vt.ſ̃.de dolo. ſed ſi ex dolo. §. fi.& in actione iniuriarũ:vt.j̃.de iniur.l. prætor.& in qualibet quãtitate petita , vt in authẽ.de litig.§.ad excludẽdas col.viij.ibi,quãtitas,&c. Item patet.j̃. in ea.l.§. & ſi veſtimẽta , &c. Ad quid ergo tantùm de reali hîc dixit?Rñ.quia in hoc tractatu erat, quandoque tamen huius legis dictum fallit tã in perſonalibus, quàm in realibus. In perſonalibus, vt in homine in genere debito , vel alternatiuè , vel qualibet alia re ſimili modo debita : in realibus ex cauſa iuſta ſimiliter : vt infra eo.quæ de tota.§.fi.& ſupra eo.l.qui gregem *. §.fin.& ſupra D ſi pars here.peta.l.j.in fin. Sed pone ſecundum H. quòd vaſallus meus vendidit ſuum proprium fundum: & illum quem habebat in feudum à me, ſuo prædio coniunctum . ego ignoro vter fundorum pertineat ad me: nunquid potero vindicare hunc vel illũ alternatiuè?Videtur quòd poſſum.Nam ſi quis legat mihi fundũ illum,vel illum:videtur quòd ab adita hereditate dominiũ tranſeat ad me: & ſic alternatiuè hunc vel illum petere poſſum . Vel poteſt reſponderi hîc non tranſire dominium ad legatarium : ſicut & cum teſtator reliquit in genere vnum ſuorum ſeruorum: arg.j̃.de lega.j.cum incertus.

* Marcellus lib. 4. Digeſtorum ſcribit, qui gregem.

k *Totam*.etiam ſaluo eo:vt ſi ſimpliciter dicat,rem peto:totam petiiſſe videatur.Item ſi dicat,partem peto:dimidiam petiiſſe videatur:vt infra de interrog.act.ſi defenſor.§.qui interrogatus.& infra de verb.ſignifi.nomen filiarum.§.portionis.

l *Partem*.pro diuiſo.

m *Quotam*.pro indiuiſo.

E n *Significat*. ſcilicet cum dixit debere deſignare rem . & ſic non eſt contra.j̃.de rebus cre.l.j.in fi. quia ibi quo ad illum tractatũ.

o *Pondus*.id eſt cum res pondere continetur.

p *Signatæ*.vt pecuniæ.Accurſius.

q *Speciem dici*.vt ſcyphum.& facit infra depoſiti.l.j.§. ſi quis argentum . &.§. ſi ciſta.& infra de furt.l.in actione.§.j.&.l. ſi quis vxori.§.ſi linea.

r *Sed & menſura*.vt panis,vel vinum,vel ſimilia:vt prædicta.l.ſi quis vxori.§.ſi linea.

ſ *Noſtra eſſe*.quod eſt vbi agitur in rem.

t *Dari*.quod eſt vbi agitur in perſonã:vt inſti.de ac.§.ſic itaq;.

u *Vtrumque*.i.illa duo,& tantũ.nam, &c. Si tamen iurauerit pro certo ſe colorẽ nõ poſſe dicere,huius rei neceſſitas remittitur: vt infra de furtis.l.in actione.&.j̃.depoſi.l.j.§.ſi quis argentum.

x *Oporteat* nos dicere rotunditatem,v l cælaturam.

y *Si plures ſint*.ſ.apud illum qui conuenitur: nec ſcire poteſt reus

UNED

cuius nomine conueniatur.ſecus ſi vnus tantum : vt infra de lib. & poſtu.l.ij.

a *Demonſtratione*.quæ nominis vice fungitur:vt hîc ſubiicit,&.ĵ. de cõdi.& demon.ſi nominatim.de lega.iij. nominatim. de libe. & poſtu.nominatim.& infra ſi cer.pe.l.certum eſt.

monſtratione [a] eius vtendũ erit: veluti *qui ex illa hereditate eſt : qui ex illa natus eſt*. Item fundum petiturus,nomen eius, & quò loci ſit, dicere debebit. [b]

Solutio æſtimationis facta à nõ poſſeſſore,non liberat poſſeſſorẽ. Bartolus.

VII. IDEM *libro vndecimo ad Edictum.*

SI is qui obtulit ſe fundi vindicationi,damnatus eſt: [c] nihilo minus à poſſeſſore rectè petitur, ſicut Pedius ait.

Si res pro indiuiſo poſſideatur à ſocio meo, vel ab alio , alium tantùm conueniam: ſi pro diuiſo, vtrumque pro rata conueniam. Bartolus.

VIII. IDEM *libro duodecimo ad Edictum.*

POmponius libro trigenſimo ſexto * probat,ſi ex æquis partibus fundum mihi tecum communem tu & Lucius Titius poſſideatis: [d] non ab vtriſque quadrãtes [e] petere me debere , ſed à Titio,qui nõ ſit dominus , totum ſemiſſem : aliter atq; ſi certis regionibus [f] poſſideatis eum fundum. nam tunc ſine dubio & à te & à Titio partes fundi petere me debere . Quotiens enim certa loca poſſidebũtur,neceſſariò in his aliquam partem meã eſſe: [g] & ideo te quoque à Titio quadrantem petere debere. Quæ diſtinctio neque in re mobili, neque in hereditatis petitione locum habet.nunquam enim pro diuiſo poſſideri poteſt. [h]

Hæc actio datur contra eum qui poſſidet , vel eſt in poſſeſſione cauſa cuſtodiæ : vel aliter detinet. Bartolus.

IX. VLPIANS *libro ſextodecimo ad Edictum.*

OFficium autẽ iudicis in hac actione in hoc erit , [i] vt iudex inſpiciat [k] an reus poſſideat. nec ad rem pertinebit,ex qua cauſa [l] † poſſideat. Vbi enim probaui rem meam eſſe , neceſſe habebit poſſeſſor reſtituere, [m] qui non obiecit aliquam exceptionem . [n] Quidam tamen (vt Pegaſus)eam ſolam poſſeſſionem putauerunt [o] hanc actionem complecti , quæ locum habet in interdicto vti poſſidetis , vel vtrubi . Denique ait , [p] ab eo apud quem depoſita eſt, vel commodata, vel qui conduxerit, aut qui legatorum ſeruandorum cauſa vel dotis ventríſve nomine in poſſeſſione eſſet , vel cui damni infecti nomine non cauebatur , quia hi om-

b *Debebit*.prædicta autem omnia in libello cõuentionali actor diligenter ipſi reo debet notificare : vt per hoc reus poſſit deliberare, cedat , vel contendat: vt.ŝ.de edẽ.l.j. Alij dicunt hæc omnia in cauſæ ventilatione poſtea notificãda : quibus nõ aſſentio:ideo quia non haberet ius deliberationis ſaluũ ipſe reus: vt dixi.Item not. quòd res quandoque ſpecialiter, vt hac.l. quãdoq; generaliter, quãdoque vniuerſaliter eſt petẽda:& alia etiam ſunt in libello neceſſaria: quæ dic vt diximus ſupra de eden.l.j.

Res diuerſè peti poſſunt.

SIis.]CASVS. Poſſidebas rem meam: conueni alium,qui deſiit rem meam poſſidere:qui ſe liti obtulit: & condemnatus es mihi in æſtimationẽ : an nihilo minus poſſit à te rem petere? Et dicitur quòd ſic.

*37.

c *Damnatus eſt*.ſcilicet in verã æſtimationem: fortè quia & in ea intereſſe continetur. Diſtingue tamẽ de eo qui obtulit ſe : an ideo vt poſſidentem defenderet:quod ſæpe fit calliditate quadam, vt euitetur ſatiſdatio:vt.ĵ.de inter.act.qui ex parte.Et in eo caſu nõ cõuenitur poſſidens:vtpote cum duobus teneretur. ſ. defenſori, & domino:quod iniquũ eſſet:vt.ĵ.de reg.iur.l. bona fides. An etiã vt actorẽ deciperet : & tunc etiã ſi ipſe inſolidũ in intereſſe & in rei æſtimatione damnetur, nihilo minus tamẽ poſſidens conuenitur.duo enim nõ vnus idem exiguntur:vt hîc,&.ŝ.de peti.her. l.etiã.§.pe.Azo.& facit.ĵ.eo.l.is qui.&.l. ſin autẽ. Nota ergo hîc quòd propter ſolutionem doloſi poſſidens nõ liberatur: vt.ĵ.de tab.exhi.locũ.§.cõdemnatio.&.d.l.etiã.§.pe. Sed contra.ĵ. de re iudi.l.ſi quis dolo.§.ſi quis cum.vbi dicit ꝙ ex quo quis non admiſit in poſſeſſionẽ aliquã iuſſu prætoris mittẽdum , & ſoluerit: poſtea cõuentus actione in factũ,nõ tenetur poſtea debitor.Sed certè ibi idem erat ab vtroque petẽdum: quia debitũ. hic ab vno res,ab alio pecunia petita fuit.i.æſtimatio doli. Et eodem modo ſolues.ĵ.de noxa.electio.in prin. vbi ſi eligo eum qui ſeruũ dolo deſiit poſſidere:liberatur poſſeſſor . Nã & ibi à poſſeſſore debitũ tantum eram petiturus,quod iam eram inſolidum conſecutus à doloſo:vt in eo.tit.ĵ.de noxa.ſi ſeruus depoſitus.in fi.

POmponius.]CASVS. Habebam tecum fundum communem: ſed tu mediam partem poſſidebas , extraneus aliam partem. qualiter partem meam petere poſſim, quæritur . Et diſtinguitur. aut poſſides pro indiuiſo: nec te conueniam , ſed extraneum.aut poſſides diuiſim: & tunc medietatem medietatis tuæ à te petam: & tantundem ab extraneo . Hæc tamen diſtinctio , an poſſideatur res pro diuiſo,an non : locum habet in rebus immobilibus, non autem in re mobili:nec in hereditaria petitione.

d *Poßideatis*.pro indiuiſo.Accurſius.

e *Quadrantem*.ſcilicet totius.

f *Regionibus*.pro diuiſo.

g *Meam eſſe*.Pomponius probat.

h *Poßideri poteſt*.prout ad rem mobilem refertur,eſt contra.ĵ. de ſer.vrb.præ.binas.vbi dicit tignum duorũ eſſe:& pro diuiſo. Sed ibi in dominio dicit : hîc in poſſeſſione. vel ſol .vt ibi. Et eodem modo ſolues.ĵ.pro ſoc.l.pen.&.ĵ. cõmuni di.l. arbor. Sed & his legibus poteſt dici ꝙ immobilis res dicitur arbor : quia poſtquã à ſolo auellitur,vocatur lignũ:vt.ĵ.de leg. iij. ligni. Itẽ prout refertur ad hereditatem,eſt cõtra.ŝ.ſi pars here.peta.l.j.§.ſi ego. & §.quinimò.&.§.proinde. vbi fit ſimilis diſtinctio quæ hîc . Solu. ratione rei dicitur poſſideri hereditas pro diuiſo,& indiuiſo:nõ ratione actionis.Ipſa enĩ actio. i. hereditatis petitio, cũ ſit incorporalis,non poteſt poſſideri pro diuiſo , vel pro indiuiſo:vt infra de acquir. poſſ. poſſideri. in prin. & ad hanc actionem hîc habuit reſpectum . Vel aliter in rei vin. hoc nomẽ pro diuiſo, largè acceptũ eſt: quia ſiue poſſideat pro diuiſo , quia diuiſit, cũ illo:ſiue nõ diuiſit , ſed ſic certam partem pro ſe poſſidet . ſed in peti. her.non ſic largè accipitur : quia pro diuiſo, puta quia diuiſit cũ illo,nõ tenetur peti. here. vtpote cum habeat tit.diuiſionis:vt.C. cõmunia vtri.iudi.l.diuiſionem.Item poſt diuiſionem fundi,duo fundi dicuntur : nõ autem diuiſa hereditate, duas hereditates vel etiam hereditatem dicimus. Cũ enim ſit incorporale , nõ poteſt recipere diuiſionem,vt poſtea dicatur hereditas:vt ĵ.cõmuni di. l. per hoc iudicium. Alij dicunt quòd aliud in peti.her. quàm in rei vin. quia ex aſſe heres totam hereditatem vindicat,etiam ab eo qui partem , vel rem hereditatis tantum tenet:vt.ŝ.de peti.here.l.licèt minimam. Sed hoc nõ intendit hîc dicere.vnde primam & ſecundam approbo.

† No.quòd tit.nõ excludit rei vindi.quia dominiũ præualet. concor. & facit infra de publi. l. exceptio.& infra de exce. rei iudi.l.ſi quis rẽ à nõ domino.Bo.

OFficium.]CASVS. Cõtra poſſidẽtem datur hæc actio. vnde iudex inquirere debet.an is qui conuenitur poſſideat : & ſi inuenerit eũ poſſidentẽ,compelletur eã reſtituere,ſi actor intentionem ſuã probauerit : niſi reus obiiciat ſibi exceptionẽ aliquã. Quidã dicunt ꝙ hęc actio datur contra eum qui vere poſſidet:& ita cõtra eum qui tenebatur interdicto vtrubi,vel vti poſ.Verius tamen eſt quòd quilibet detentor teneatur actione hac. Viuia.

i *Erit*.ante lit.conteſta.

k *Inſpiciat*.interrogãdo eum:vt infra de interrogato . actio. qui ſeruum.§.in iure.Et ſi mentiatur dicendo ſe non poſſe poſſidere, aufertur ei poſſeſſio:vt infra eo.l.pe.

l *Ex qua cauſa*.vt.ĵ.eadem lege,in fine.ſed ſecus in petitione hereditatis:vbi ſi non poſſideat pro herede,vel pro poſſeſſore, non poteſt ea conueniri:vt.ŝ.de petitione hereditatis. l. etiã.§.ſi quis abſentis.quæ eſt contra.

m *Reſtituere*.ſcilicet poſſeſſionem vacuam:vt ſupra de arbi. non diſtinguemus.§.arbiter.

n *Exceptionem*. Videtur ergo ex hac litera quòd primò actor ſuã fundet intentionem : poſt reus exceptionem ſuam opponat , & probet,&ſic poſtquam didicit teſtificata.eſt ergo contra in auth. de teſti.§.quia verò.coll. vij. Sol. quatuor modis poteſt intelligi hæc litera . Primo quando probaui per teſtes rem meam eſſe : & ipſe ſimiliter per teſtes vult probare exceptionem poſtquam didicit teſtificata.& ſecundum hoc corrigitur hæc per illam.Secũdo quando probaui per inſtrumẽtum : & ipſe ſimiliter vult probare per inſtrumentum,& hoc poteſt. Tertio ſi ego probaui per teſtes:& tu vis probare per inſtrumentum. Quarto ecõtra.& his tribus modis non corrigitur.Accurſius.

o *Putauerunt*.& malè.

p *Denique ait*.ſcilicet Pegaſus.Accurſius.

*Non poßident.*

a *Non poſſidet*.ſed ſunt in poſſeſſione:vt.ỹ.de acqui.poſ.l.iij.in fi.
b *Puto*.corrigitur dictum iſtorum.
c *Peti poſſe*.ſic ergo contra commodatarium & ſimiles agitur in rem:ſed qui rem immobilẽ alieno nomine tenet, debet dominũ nominare [a] in iudicio:vt.C. vbi in rem actio.l.ij. Azo. Idẽ videtur hodie in mobilib[9]: vt in authen. vt omnes obe.iu.§. hæc confiderantes.col.v.Item not. agi in rem cõtra depoſitariũ:vt hîc.Sed contra in authẽ.de depoſi. &denun.§.j.col.vj.vbi dicit quòd nemo extrinſecus impediat depoſiti reſtitutionẽ,quo minus reddatur deponenti. Solu. ſecundum quoſdam hæc corrigitur in hoc articulo, alij dicũt, extrinſecus præter dominũ. dominus enim non videtur extrinſecus venire. Tu dic quòd ſi velit agendo in rem poteſt quilibet qui ſe dominũ dicat:vt hîc,&.ỹ.depoſiti.bona fides.aut interdicat tantùm: vel contradicat: quod nõ poteſt,vt ibi.

a] De nominatione domini in iudicio vide quod plenè no. Inno. in c. inter quatuor. extra de maior. & obe. & c humilis.eo.tit.

S*I res*.] CASVS. Petebã à te rem meã. quæro vbi res ſit reſtituenda:an vbi petitur: an vbi res eſt? Diſtinguitur. fuit bonæ fidei poſſeſſor,an malę? Primò habet electionem conuentus vbi velit reſtituere: an vbi res eſt: an vbi res petitur: debet tamen pręſtare petitor omnes ſumptus, præterquam cibaria:& cauebit reus quòd reſtituet. Si fuerit malæ fidei poſſeſſ.idem erit dicẽdum,quod in bonæ fidei poſſeſſ. ſi alibi poſſeſſ.rei petitæ nactus fuerit.Quòd ſi malæ fidei poſſ.rem alibi tranſtulit:ſuis ſumptibus eam reducere debet.

*vindicatur.

nes non poſſident, [a] vindicari nõ poſſe. Puto [b] autem ab omnibus qui tenent, & habent reſtituendi facultatem,peti poſſe. [c]

Bonæ fidei poſſeſſor debet reſtituere rem vbi eſt, vel vbi petitur, ſumptibus petitoris : malæ fidei poſſeſſor ſolùm vbi inuenitur, vel vbi petitur,ſumptibus ſuis.hoc dicit cum legibus ſeq. Bartolus.

B

X. PAVLVS *libro vicenſimo primo ad Edictum*.

SI res mobilis [d] petita [e] ſit,vbi reſtitui debeat, ſcilicet ſi præſens non ſit? Et non malum eſt, ſi bonę fidei poſſeſſor ſit is cum quo agitur : aut ibi reſtitui vbi res ſit, aut vbi agitur:ſed ſumptibus petitoris,qui extra cibaria [f] in iter vel nauigationem faciendi ſunt:

XI. VLPIANVS *libro ſextodecimo ad Edictum*.

NIſi [g] ſi malit petitor ſuis impenſis & periculo ibi vbi iudicatur, *rem reſtitui. tunc enim de reſtitutione cum ſatiſdatione cauebitur.

C

XII. PAVLVS *libro vicenſimo primo ad Edictum*.

SI verò malæ fidei ſit poſſeſſor qui in alio loco [h] eã rem nanctus ſit,idem ſtatui debet. [i] Si verò ab eo loco vbi lis cõteſtata eſt, eam ſubtractam aliò tranſtulerit: illic reſtituere debet,vnde ſubtraxit, [k] ſumptibus ſuis. [l]

Malæ fidei poſſeſſor tenetur ad rẽ,& ad intereſſe deteriorationis hac actione, & actione. l. Aquil. ſed vna per aliam tollitur, prout actor elegerit.Bartolus.

XIII. VLPIANVS *libro ſextodecimo ad Edictum*.

NOn ſolùm autem rem reſtitui, verùm & ſi deterior res ſit facta, rationem iudex habere debebit. [m] Finge enim debilitatum hominẽ, vel verberatum, [n] vel vulneratum reſtitui . vtique ratio per iudicem habebitur [o] quanto deterior ſit factus: quanquam & legis Aquiliæ actione conueniri poſſeſſor poſſit . Vnde quæritur an non aliàs iudex æſtimare damnum debeat, quàm ſi remittatur [p] actio legis Aquiliæ. Et Labeo putat cauere petitorem oportere, [q] lege Aquilia non acturum. quæ ſententia vera eſt.

XIIII. PAVLVS *libro vicenſimo primo ad Edictum*.

QVòd ſi malit actor potius legis Aquiliæ actione vti: abſoluendus eſt poſſeſſor. [r] Itaque electio actori danda eſt, non vt triplum, ſed duplum conſequatur. [f]

XV. VLPIANVS *libro ſextodecimo ad Edictum*.

d *Mobilis*.de re immobili idem non loquitur, quia illa non poteſt reſtitui niſi vbi eſt:ar.C.quando & qui.quar.pars.l.ij.libro.x.
e *Petita ſit*.ſubaudi.& obtineatur.
f *Cibaria*. aliter ſi operis ſuis ſolebat ſe paſcere ſeruus, quibus modo vacare oportet.tunc enim cibariorum expenſas præſtabit actor:vt infra ad exhi.ſed &ſi.§.quo autem loco.Sed cui dabitur hæc electio ? Reſpon. petitori, ſecundum H. ſed Azo ipſi reo.Et ſic bene excipit infra.l.proxi.niſi,&c.& pro hoc infra depoſi.ſi in Aſia.§.j. aliàs nihil exciperet, quod Ir.concedebat. & facit ſupra de eden.l.prætor.§.ſi.&.l.ſeq.
g N*Iſi*.Hîc repetit quod dixerat,ſed plenius, ſecundũ Ir.Sed tu dic quòd electio eſt poſſeſſoris,niſi &c.cum poſſeſſor prius non elegerat.Vel dic tertiò ꝙ ſumptibus petitoris extra cibaria facienda eſt reſtitutio:ſed nõ ſatiſdatio,niſi malit,&c. nam tunc dabit cibaria,& ſatiſdabitur,vt hîc,& inſti.de offi.iudi.§.j.
h S*I verò malæ fidei*.*Alio loco*.quàm vbi agitur.idẽ ſi ab alio loco quàm in quo lis eſt conteſtata,ad alium tranſtulit.
i *Debet*.quod in bonæ fi.diximus duabus ſuperioribus legibus, cum ab eo abſit præter omne vitium remotionis.
k *Subtraxit*.dolo,vel ſine dolo.
l *Sumptibus ſuis*.ſcilicet poſſeſſoris.

N*On ſolum*.] CASVS cum tribus legibus ſequen.eſt.Si ſeruus meus ad te venit,& tu eũ pendente iudicio deteriorasti:iudex etiam condemnationis debet habere deteriorationis rationem:& ſi iudex omiſit,potero agere.l.Aquil.actio.& iudex habebit rationem damni contra te in condẽnatione. Et ſi tu ad ignominiam mei ſeruum verberaſti: agam cõtra te actio. iniuriarum. [SI QVIS.]Equum meum poſſediſti.vendidiſti modico pretio ex neceſſitate.ad id tantùm pretium quod accepiſti, & non amplius teneris. & hoc probat à ſimili : quia ſi poſſeſſor vendat fructus qui cõſeruando ſeruari nõ poſſunt:non tenetur vltra quàm vt pretium præſtet.[SI SERVVS.]Si equus ſine dolo poſſeſſoris interiit:an liberetur interitu eius?Dicunt quidam quòd ſic,& malè.vnde diſtinguendum eſt,an fuerit eum diſtracturus, & tenetur: quia nõ eo modo periiſſet: an nõ erat eũ diſtracturus,& tunc nõ tenetur . ex hoc apparet quòd non indiſtinctè liberatur poſſeſſor interitu ſpeciei,ſed poſt interitum neceſſaria eſt ſententia: vt appareat eius fructus & partus. Item & alia ratione eſt neceſſaria ſententia, propter ſtip. de euict.eo quòd habebit túc regreſſum emptor contra venditorem de euictione . [CVLPA.] Dicit de naui quã poſſedit quis,& lite pẽdẽte iuit nauigatũ, & periit, quod non videtur culpa fore : niſi minus idoneis eam cõmiſerit.

A

m *Debebit*.[b] vt &.ỹ.e. qui petitorio.§.j.&.C. eo.domũ.&.ỹ.ad.l. Aquil.l.liber homo.&.l. ſi ſeruus.&.C.de ſerui. & aqua.l.ſi quid.

b] Concor. gl.i.in c.2.in verſic. item habet locũ iudicis officium . extra de off. iudi.

n *Verberatũ*.vt ſit deterior,& ſic differat ab inferiori. l. proxi. item ſi verberatũ.j.reſpon.
o *Habebitur*.hoc quãdo ſemper fuit malę fidei poſſ. ſed aduerſus bonæ fidei,ſi dolo hoc fecit.Itẽ ſi culpa.ſ.poſt lit. conteſt. vt.ỹ.eo.l.ſi homo . Sed de quo ergo poſſeſſore hæc lex dicit ? non videtur loqui in bonæ fidei poſſ. quia ille tanquam dominus poteſt vti,& nõ tenetur: vt.ſ. de peti.here.ſi quid poſſeſſor. §. ſicut. Itẽ nec in malæ fi. quia huic cauetur,vt hîc ſubiicit.quod non fieret ſi eſſet ma.fi. vt.ỹ.eo. is qui dolo.Sed reſpõdent in bo.fi. poſ. & dicunt aliud eſſe in peti. here.quàm in hac actione:vt ibi poſſet abuti: hîc non. ſed hoc non placet.Dic ergo ꝙ loquitur in malæ fidei poſſeſſore.Nec obſtat. infra eod. is qui. quia hîc non cauetur ei de act. cedendis contra aliquem:ſed ſe non acturum leg. Aquil. Præterea inuenio caueri etiam furti:vt infra de fur.ei qui.§.j.& etiã prædoni : vt.ſ.de pet. here.ſi à domino vel à patre.§.ſi poſſeſſor.

D

p *Remittatur*.ab actore.
q *Oportere*.Ad quid ſit hæc cautio,cum & ſine ea agere quis non poſſit?Reſpon.propter ſumptus & alia,ſi de facto agatur,poterit committi . Sed nonne per officium iudicis in talibus conſuleretur,ex quo actor nõ vinceret? Reſpõ. plenius per actionẽ quàm per officiũ iudicis cõſulitur: cũ actio etiã poſt ſententiã, ſed officium non duret:vt.C.depo.l.iiij.& facit.ỹ.de noua.ſi pupillus.

E

r Q*Vòd ſi malit*.*Poſſeſſor*. ſcilicet vt non habeatur ratio damni dati in rei vin.ſed tantum in re cõdemnetur:quæ damni abſolutio nõ præſtabit exceptionẽ rei iudi. cõtra agentem poſtea.l.Aquil.quia non ideo ab æſtimatione damni eſt abſolutus in iudicio rei vin.quòd de damno non teneretur : ſed quia eo iudicio actor damnum conſequi noluit:arg.ſ.de neg.geſt.l. ſin autẽ. §.ſi.&.ỹ.de inſtitu.ſed & ſi pupillus.§.item ſi plures. verſi.ſi inſtitoria . Cæterum ſi ideo eſſet abſolutus quòd in actione illa dãni æſtimatio eſſet reprobata , obſtaret rei iudi. exceptio : vt.d.l. ſin autem.&.ỹ.de excep.rei iudi.l.Iulianus.&.l.de eadem.
f *Duplum conſequatur*. per actionem legis Aquiliæ, ſi inficiatus fuerit. Azo. Sed videtur vtrumq; conſequi: cum vna ad rem, altera ad pœnam ſit: vt. ỹ. de furt.l.ſi pignore.§.cum furti. quæ eſt contra . Solu. ibi nil de pœna venit in conditione : hîc autem in actione in rem venit damni ratio:vt.ſ.l.proxi. Accurſius.

ITem ſi verberatũ [a] tradidit, [b] Labeo ait etiam iniuriarum cõpetere actionem petitori.

Poſſeſſor qui de neceſſitate diſtraxerit:tenetur ſolum ad pretiũ quod recepit. Bartolus.

Si quis [c] rem ex neceſſitate [d] diſtraxit, fortaſſis huic officio iudicis ſuccurretur, vt pretium duntaxat [e] debeat reſtituere. [f] Nam B & ſi fructus perceptos diſtraxit, ne corrumpantur: [g] æquè non amplius quàm pretium [h] præſtabit. Item ſi fortè ager fuit qui petitus eſt, & militibus adſignatus [i] eſt, modico honoris [k] † gratia poſſeſſori dato: an hoc reſtituere debeat? [l] Et puto præſtaturum.

Hic eſt ſingularis.§.& hoc intẽdit: Poſſeſſor qui non eſt totaliter malę fidei: nõ tenetur de interitu, ſi res erat eodem modo peritura penes petitorẽ. Item re perẽpta eſt neceſſaria ſentẽtia, propter acceſſiones & poſtulationes de euictione.h.d.cũ principio legis ſeq.Bar.

Si ſeruus petitus, vel animal aliud demortuũ [m] ſit ſine dolo malo & culpa poſſeſſoris: pretiũ non eſſe præſtandũ plerique aiunt. [n] Sed eſt verius, ſi fortè diſtracturus erat petitor ſi accepiſſet, morã [o] paſſo debere præſtari. [p] Nam ſi ei reſtituiſſet, diſtraxiſſet, & pretium eſſet lucratus.

B XVI. PAVLVS *libro vicenſimo primo ad Edictum.*

VTique [q] autem etiam mortuo homine neceſſaria eſt ſententia propter fructus & partus, & ſtipulationem [r] de euictione. Non enim [ſ] poſt litem conteſtatam vtique & factum * poſſeſſor præſtare debet.

Non eſt in culpa, ſi quis vtatur re ad eum vſum ad quem eſt deſtinata. Bartolus.

Culpa non intellegitur ſi na- C uem petitam tempore nauigationis † trans mare miſit, licèt ea perierit: [t] niſi ſi minus idoneis hominibus eam commiſerit. [u]

† Arg. huius literæ no. ſecũdum Bald. quòd illud modicum quod præſtãt emphyteutæ & cenſuarij: intelligitur in ſignum honoris, & dignitatis, & recognitionis.

* Quidam legunt fatũ. Taurell.

† De quo vide Vegetiũ lib. 4. c. 39.

a ITem ſi verberatum. ſcilicet in contumeliam petitoris: ſed hoc in rei vin. non venit, cum non ſit damnum.

b *Tradidit.* ſcilicet poſſeſſor.

c *Si quis.* ſcilicet bonæ fidei poſſeſſor, & ſine mora.

d *Rem ex neceßitate.* propter imminentẽ ſortis dolorem: vt quia erant boues qui moriebantur. Accur.

e *Dũtaxat.* ſcilicet acceptum. & intellige in bonæ fi. poſſ. qui non erat in vera mora. Si enim prædo eſſet, vel in mora teneretur ad verum pretium rei: quia etſi nihil habuiſſet, ad id teneretur: multo magis ergo tenetur ſi aliquid inde habuit. Azo. Alij dicunt quòd eligit hîc actor, an velit verum, an acceptum pretium. Nec ob. ſupra de peti. hered. l. ſi poſſeſſor. §. j.

f *Reſtituere.* per actionem negotiorum geſtorum in ſubſidium: vt ſupra de nego. geſt. l. fina.

g *Ne corrumpantur.* & ſic ex quadã neceſſitate: vt ſupra de petitio. here. l. diuus.

h *Pretium.* inde acceptum. Accurſius.

i *Aßignatus.* quod fit quãdoque: vt infra de euic. l. Lucius.

k *Honoris.* quaſi eſſet dedecus ſi ita gratis offeratur.

l *Debeat.* ſcilicet tantùm: quia fecit coactus. Accurſius.

m *Demortuum.* ſcilicet poſt lit. conteſt. Et dic quòd loquitur de eo qui primò bo. fi. poſſedit: ſed poſtea cœpit eſſe ma. fi. nec habuit iuſtam cauſam litigãdi: in quo diſtinguitur propter bonam fidem quam habebat: vt hîc dicitur, &. ĵ. l. proxi. vſque illuc, non enim, &c. ibi incipit dicere in eodem poſſeſſore: ſed tamen habebat iuſtam cauſam litigãdi: vt quia ſciebat alienam: ſed non credebat eſſe actoris. Potes & aliis modis intelligere: vt dixi.

n *Plerique aiunt.* & malè: vt ſubiicit.

o *Moram.* id eſt dilationem. ſic accipitur. C. de temp. app. l. ij. au- D then. ſed & lis. Si autem eſſet vera mora, quia ſemper malæ fid. fuiſſet, indiſtinctè teneretur de caſu: vt ſtatim dices. Dic ergo cũ poſt lit. conteſt. periit res de qua erat controuerſia: aut hîc poſſeſſor ab initio fuit, & durauit bo. fi. poſſ. & tunc nullo modo tenetur de caſu: vt in pet. here. vt. ſ̃. de peti. here. illud. Aut fuit ab initio: ſed non durauit poſt lit. conteſt. Et tunc ſi iuſtam cauſam habuit litigandi, idem eſt quod in primo caſu: vt. ĵ. l. proxi. ibi, non enim, &c. Si verò non habuit iuſtam cauſam litigandi, probter bonam fidem quam ab initio habuit, mitius agitur cum eo: vt ita demum teneatur ſi res non erat eodem modo peritura penes actorem: quod accidiſſet vel quia à tali caſu cuſtodiſſet: vel quia diſtraxiſſet. & in hoc caſu hîc loquitur. Et ad hoc facit. ſ̃. quod metus cauſa. l. ſi cum exceptione. §. quatenus. verſic. quòd ſi homo. in fin. §. &. ĵ. depoſi. l. ſi plures. §. ſiue autem. Sed nonne ſemper habet cauſam litigandi propter euictionem? Reſpon. nõ ſemper debetur euictio. Si verò ab initio fuit malæ fi. omnino te- E netur de caſu, etiam ſi eodem modo periiſſet penes actorem. ſufficit enim quòd actor potuit diſtrahere: vt infra de lega. j. l. cum res. in fi. & l. ſi ſeruus legatus. §. ſi ſeruus legatus. & infra de verbo. obl. l. nemo. j. §. j. & infra depoſi. l. ſi in Aſia. §. quemadmodũ. Item eſt ſecundum omnes in prædone, fure, & meticuloſo: vt C. quod metus cauſa. l. j. & infra de vi & vi armata. l. pe. in fine. Item eſt hîc notandum quòd licèt quantum ad fructuum reſtitutionem quemlibet poſſidentem dicamus fieri malæ fi. poſt lit. conteſta. tamen quantum ad interitum non eſt verum, niſi ſe debere ſciat, & non habuit iuſtam cauſam litigandi: vt. ĵ. ſi cer. pe. l. quod te mihi. Alij dicunt, vt Guli. hunc. §. loqui in malę fi. poſſeſ. & qui ab initio malam fidem habuit, nec habebat iuſtam cauſam litigandi: quem dicunt ita demum teneri ſi res non perriſſet penes actorem: quod duobus modis accidit: vt dictum eſt. contra eos eſt. ſ̃. de pe. her. illud. Item nõ. prædicta vbi realiter agitur. ſe- A cus ſi perſonaliter: quia tũc indiſtinctè caſus pertinet ad debitorem, ſecundum quod not. ĵ. ſi cer. peta. l. quod te. Accurſius.

p *Præſtari.* pretium eius.

q VTique. pro certè. & autem, pro ſed. q. d. dixi in duobus caſibus propter interitũ teneri poſſeſſorem prædictũ: ſcilicet quãdo diſtraxit, & quãdo à tali caſu præcauiſſet, & propter eos eſſe ſentẽtiam neceſſariam: ſed certè & propter alia eſt neceſſaria: vt ſubiicit. & ſic loquitur eodẽ caſu. Quid tamen ſi de interitu non tenetur, quia nullus illorũ caſuum erat: nunquid erit ſententia neceſſaria? Et dicas de eodẽ poſſeſſore. Itẽ quid etiam de eo qui habuit iuſtam cauſam litigandi: an ſit ſemper ſentẽtia neceſſaria propter hæc quæ hîc dicuntur? Reſpon. fortè ſic: vt & ita in tribus caſib[us] poſſit hîc loqui: vt hîc, & ĵ. de re iudi. ſi homo. & ĵ. iudi. ſolu. ſi ſeruus. licèt quo ad interitũ ſit ſecus: vt dictũ eſt. Sed cui eſt hæc ſentẽtia neceſſaria? Reſpon. tam actori quàm reo. actori, propter fructus & partus. reo, propter ſtipulationẽ de euictione committẽdam contra ſuum venditorem: quæ non committeretur niſi per ſententiã euinceretur: vt hîc, & ſupra de neg. geſt. l. at qui. §. cum me abſente. Sed oppo. fructus & partus veniunt offic. iudi. & quaſi acceſſiones ſunt: ergo, &c. vt Cod. depoſi. l. iiij. Solu. hîc erat lis conteſtata, vnde officium iam corroboratum eſt: vt remaneat ante ſententiam, licèt res intercidat. & ſic ſoluitur. §. eod. l. ſin autem. §. ſi homo. Et quod ibi dicit petitus, dic extra iudicium ſimplici conuentione. Itẽ quid ſi actor homine mortuo nolit pro ſe ferri ſententiam: imò remittit actionẽ? Reſpon. reus poſtulabit ferri, licèt actor abſit: quia in ſui fauorẽ inductũ eſt. Vel dic quòd venditor D neceſſe habet probare ſeruum ſuũ fuiſſe, vt euenit. C. de aſſer. tol. l. fin. ſecundũ Azo. Item ad id quod dicit ſententiam dãdam homine mortuo, & ſic de euic. agi, eſt cõtra. ĵ. de euic. ſi ſeruus. &. C. de euic. ſi tibi. Sol. hîc extabat res tempore lit. conteſt. vnde meritò ad fructus & ad alia tenetur. ſ. ad rem vel pretium in caſibus quibus dixi ad alia teneri: ſicut quaſi tunc eſſet lata ſentẽtia. Item ad id quod dicit non committi ſtipulationẽ euictionis niſi lata ſententia: eſt contra. ĵ. de act. emp. l. emptorem. in princ. Sol. vt ibi. Sed qualiter formabitur ſententia eo caſu, quo caſu poſſeſſor non tenetur de interitu, vt euictionis ſtipulatio cõmittatur? Reſpon. quia cognoui ſeruũ eſſe petentis: ideo te condemno in fructu, & partu, & peculio. Sed quid ſi hæc nõ ſint, & ita propter euictionẽ tantum eſt ſerenda? Rñ. quidã non iudicari. quomodo enim iudicaretur? Alij ꝙ ſic: condemno te in rem. ſed tamẽ exceptionem habet dãnatus. vel dic abſoluo, condemnaturus niſi res interiiſſet. & ſic cauſa abſolutionis ponenda eſt: vt. ĵ. de iure fiſc. E l. ij. §. ſenatus. in fi. §. Vel dic vt. ĵ. de excep. rei iudi. ſi à te. §. j.

r *Stipulationem.* vbi eſt interpoſita. idem & ſi non eſt. Accur.

ſ *Non enim.* Reſpondet ei quod poſſet obiici: imò neceſſaria eſt ſententia propter æſtimationem rei præſtandam actori. ſed non eſt ita. Nõ enim bo. fi. poſ. tenetur de caſu aliquo modo: ſiue etiã durauit bonæ fi. ſiue non: dũmodo iuſtã cauſam habeat litigãdi: quo caſu loquitur hîc. ſed mal. fid. ab initio ſic indiſtinctè: vt. C. quod me. cau. l. j. &. ſ̃. quod me. cau. ſi cũ exceptione. §. quatenus. &. ĵ. ad [...]hi. de eo. §. ſi poſt. & plene dixi. ſ̃. l. proxi. in fi. Vel dic æſtimationem præſtari in caſibus prædictis. non enim. &c.

Bonæ fidei poſſeſſor nõ tenetur de caſu.

t *Perierit.* quia nauis ad hoc paratur, vt nauiget: vt infra de vſufruct. l. arboribus. §. nauis.

u *Commiſerit.* & niſi tempore periculoſo: vt. ĵ. eo. qui petitorio. in fi. Et not. hîc arg. contra eos qui imperitos eligunt pro peritis, ſiue magiſtris, ſiue medicis, ſiue aduocatis. ſic &. ĵ. de ædil. ėdic. quòd ſi nolit. §. ſi mancipium.

*Iulianus.*

Iſta lex legitur duobus modis in gloſ. ſecundum primam lect. breuiter hoc intendit: Poſſeſſor tenetur de facto eius cui vendidit: ſicut de ſuo facto. hoc dicit ſecundum aliam lect. hoc intendit: Re perempta in ſubſidiũ tenetur poſſeſſor actione nego. geſt. ad pretiũ eius: licèt non habuerit titulum lucratiuum, ſi ei contra perimentem poteſt eſſe conſultum. Bart.

XVII. VLPIANVS *libro ſextodecimo ad Edictum.*

IVlianus libro ſexto * Digeſtorum ſcribit: ſi hominem qui Mæuij erat, emero à Titio: deinde cum eum Mæuius à me peteret, [a] eundem vendidero, eúmque emptor occiderit: æquum eſſe me pretium Mæuio reſtituere. Idem Iulianus eodem libro ſcribit, ſi moram fecerit in homine reddendo poſſeſſor, & homo mortuus ſit: & fructuum rationem vſque ad rei iudicatæ [b] tempus ſpectandam eſſe.

* ſeptimo.

Re perempta tenetur poſſeſſor poſt moram ad fructus, & ad cæteras actiones. Bartolus.

Idem Iulianus [c] ait, non ſolum fructus, ſed etiam omnem cauſam præſtandam: & ideo & partum venire in reſtitutionẽ, & partuum fructus. Vſque adeo autem & cauſæ veniunt, vt Iulianus libro ſeptimo ſcribat, ſi per eum [d] ſeruum poſſeſſor adquiſierit actionem legis Aquiliæ, [e] reſtituere cogendum. Quòd ſi dolo malo ipſe poſſeſſor deſierit poſſidere, & aliquis hominem iniuria occiderit: aut pretium hominis, [f] aut actiones [g] ſuas pręſtare cogetur: vtrum eorum voluerit actor.

A

a SI *poſſeſſor. Non oportet*. vt & infra de vi & vi arma. l. ſi plures. & infra commo.l.iij. §. penult. Et eſt ratio: quia ſicut ſi ad nullum heredem poſſeſſio perueniſſet, nullus teneretur: ita & nunc quo ad eos ad quos non peruenit. ſecus autem poſt iudicium acceptum: vt infra de præ.ſtipul.l.ij.in fin.ſecundum nos. vel dic vt ibi.

V*Indicatio.*] CASVS. Si gregem poſſediſti, & res ſingulas vindicare potero. aliter eſt de peculio filij mei qđ poſſides: quia totale peculium non vindicabo: ſed ſingulas res corporales de peculio. Viuianus.

b *Singulas*. quia peculium cõtinet actiones, & obligationes, cum corporibus: vt.j.de pecul. l. quã Tuberonis. §.fina. grex autem ſola corpora: vt inſtitut.de lega.§.ſi grex. verſicul. grege. Sed quid ſi fundus tãtum eſt in peculio, an poterit vindicari? Reſpond.non: quia aptitudinem potius & naturam, quàm alicuius emergentis caſus qualitatem eſſe ſpectãdam, ſicut & in actione legis Aquiliæ dicitur: vt inſtit.de leg.Aquil.§. his autẽ verbis. Azo. Et ſi opponitur: fundus vindicatur: & fundus eſt peculium: ergo peculium vindicatur? Reſpon. fallacia eſt ſecundum accidẽs. Item ſi dicas, peculiũ eſt fundus, & peculiũ non vindicatur: ergo neque fundus. eadem eſt fallacia.

I*S à quo.*] CASVS. Si duo poſſ. fundi petebant, reſtituẽdus eſt ei qui primò peruenit ad ſententiã: & ille cauebit de pręſtãdo poſſeſſorẽ indemnẽ. Viu.

c *Reſtituiſſet*. id eſt reſtitui dãnatus eſſet. nã & infra dicit, poſſeſſori cauendum. & declaratur in reſponſione hic intellectus. ſi enim prius reſtituiſſet, poſtea officium iudicis ad cautionem locum nõ haberet: vt.C.de poſi.l.iiij.& à ſecundo abſolueretur: vt.j.l.proxi. ADDITIO. Doctores reprobant iſtam gloſ.nam cum poſſit exigere cautionem, & non exigit, eſt in dolo: vt infra ad.l.Falcid. l.dolo. ideo condemnatur tanquam dolo deſierit poſſidere, ſecundum Bartolum. quem vide plenius de hoc in.l.penul. ſupra de petitione hereditatis.

d *Iudicaretur*. id eſt eſſet iudicanda.

e *Traheret*. id eſt ſentiret. ſed qualiter poteſt alius agere de iure, cum alius iam obtinuit? Reſpond. pone quòd vnus egit Publiciana, & obtinuit: poſtea verus dominus rem poterit petere directò. vel pone rem ſub conditione legatam. interim enim eam iure heres petit: deinde legatarius impleta conditione: & quære hîc vt.s. de peti.here.l.penul. Accurſius.

f *Vter prior*. vulg. priori. id eſt pro priore. Azo.

g *Eum*. iudicem ſcilicet, ſi habes.j.iubere: aliàs ſi habes debere, dic eum, id eſt poſſeſſorem.

h *Iubere*. aliàs debere: & aliàs iubere.

A Quo ſeruus petebatur, [m] & eiuſdem ſerui nomine cum eo furti agebatur: [n] quærebat, ſi in vtroque iudicio condemnatus eſſet, quid ſe facere oporteret ſi prius ſeruus ab eo euictus eſſet. [o] Reſpondit, nõ oportere iudicem cogere vt eum traderet, niſi ei ſatiſdatum eſſet, quòd pro eo homine iudiciũ accepiſſet, ſi quid [p] ob eam rem datum eſſet, [q] id rectè præſtari. Sed ſi prius de furto iudicium factum eſſet, & hominem noxæ dediſſet, deinde de ipſo homine ſecundum petitorem iudicium factum eſſet, non debere ob eam rem iudicem, quòd hominem non traderet, litem æſtimare; [r] quoniam nihil eius culpa neque dolo contigiſſet [ſ] quo minus hominem traderet.

Qui habitat in domo aliena domini volũtate, quod ibi ædificat, domini non facit: & ideo poterit vindicari. Bartolus.

LVIIII. IVLIANVS *libro ſexto ex Minicio.* *

* Quæ differẽtia ſit cũ ſcribitur ex Minicio, & ad Miniciũ Anto. Augu. lib. 1. emen cap. 6. quod eſt & j.cap.61.

HAbitator [t] in aliena ædificia feneſtras & oſtia impoſuit. eadem poſt annum [u] dominus ædificiorum dempſit. Quæro, is qui impoſuerat, poſsétne [x] ea vindicare? Reſpondit poſſe. Nã quæ alienis ædificiis connexa eſſent, ea quandiu iuncta [y] manerent, eorundem ædificiorum eſſe: ſimul atque [z] inde dempta eſſent, continuò in priſtinam cauſam [a] reuerti.

LX. POMPONIVS *libro vigenſimonono ad Sabinum.*

QVod infans [b] vel furioſus poſſeſſor perdidit, vel corrupit, impunitum eſt.

i *Caueret*. quando non eſt ſuſpecta.

k *Satiſdaret*. vbi perſona eſt ſuſpecta: vt.s.qui ſatiſda. cog. ſi fideiuſſor.§.fi.& facit.s.de peti.her.l.pe.

l *Præſtare*. poſſeſſorem indemnem. vt.s.eo.l.ipſi.

A *Quo.*] CASVS. Seruum quem poſſediſti, vindicaui, & tu à Titio conueniris act. noxali. ſi obtineo ĩ cauſa, mihi erit reſtituendus: & cauebo ꝙ conſeruabo te indemnem aduerſus Titium agẽtẽ noxali actione, ſi Titius primò obtinuit. ergo poſtea in nullo mihi teneberis: quia nec poſſides, nec dolo deſiiſti poſſidere. Viu.

In vulga incipit. Is à quo.

m *Petebatur*. ſcilicet rei vindica.

n *Agebatur*. ſcilicet noxali.

o *Euictus eſſet*. per rei vindicationem.

p *Si quid ob*. & hæc ſũt verba ſatiſdationis.

q *Datum eſſet*. ſcilicet noxali: in qua condemnari debet adhuc, tenetur enĩ noxaliter: quia ſeruum promiſit iudicio ſiſti: quem tempore litis conteſtatæ poſſidebat: vt.s. ſi ex noxa.cauſa.l.j. Idem & ſi non promiſiſſet: licèt ſine culpa deſiit poſſidere: quia perſonalis eſt obligatio: vt. j. de noxa. ſi pluriũ ſeruus. §.fi. hic tamẽ eſt in culpa, quia nõ exegit cautionem: vt argum.j.ad l.Falci.dolo.&.j.ſi cui plus quàm per.l.Falci. hæc autem.§.hæc cautio. ſecundum Azo. Secus autẽ eſt vbi à multis noxaliter conuenitur: quia tunc occupãtis eſt cõditio melior, & cæteris actio denegatur: vt.j.de noxalib. ſi quis à multis. Acc.

r *Aeſtimare*. i. in litis æſtimationem condẽnare: vt.s.eo.l.ſi in rẽ. Accurſius.

ſ *Contigiſſet*. bona ratio: vt ſupra eo.ſi in rẽ. ſecus autem in cõuerſo: vt.s.diximus. In caſu iſto tamen nihilominus debet caueri poſſeſſori ab eo qui noxali egit: quia ſaltem de facto poterit rei vind. conueniri: vt.s.l. proxi. Accurſius.

t H*Abitator*. vt fructuarius, vel colonus, vel inquilinus, vel quilibet bo.fi.poſſeſſor.

u *Poſt annum*. Fortè poſt finitum tempus ſuum habitandi. Vel dic quòd propter vſucapionem dicit, quia videbatur dominus v ſucepiſſe iure iſto: vt inſti.de vſucap. in princi. Sed non eſt ita: quia non poſſidet feneſtras & ſimilia, qui domum poſſidet: vt j.de vſucap.eum qui.in princ.

x *Ne*. id eſt an. Azo.

y *Iuncta*. quo caſu ex conducto agit inquilinus vt tollere poſſit ſine læſione prioris ſtatus, de damno infecto promittens: vt.j. loca.& conduct. ſed addes.§.ſi inquilinus.

z *Atque*. id eſt poſtquam.

a *Priſtinam cauſam*. niſi pretium à domino fuiſſet ſolutum: vt inſtitu.de rerum diui.§.cum in ſuo.verſic.appellatione.

b Q*Vod infans*. id eſt minor.vij. ann.vt.C.de iure delibe. ſi infanti. ſecus in proximo pubertati: vt infra de regu. iur. l. pupillus.

pupillus.Azo.Et erit ratio in vtroque:quia infantem tuetur innocentię conſilij,furioſum infelicitas facit:vt.j.de ſica.l.infãs.& infra de admini.tu.l.fi.in fi.&.j.ad.l.Aquil.ſed & ſi.§. iniuriam.

M*Inicius.*] CASVS Si nauẽ meam aſſeribus tuis refeci,remanet mea.ſi tuis tabulis nauẽ feci:tua erit,& ęſtimari debet.

a *Eiuſdem.* ſcilicet reficientis.

b *In ædificãda.*ſ.de nouo,vel ab initio.

c *Non poſſe.* ſ. dominũ manere.i.fieri.Et intellige quãdo iam erãt ad hunc vſum à domino preparatæ. Secus ſi ex ligno alterius fecit tabulas, & poſtea nauẽ: vt in contrario:vt.j.de adquir. re. do. ſed ſi ex meis.in prĩ.& quòd ibi dicit meis.i.mea cupreſſu factis:non tamen in veritate meis, ſed ſuis: quia bona fide & ſuo nomine fecerat: & nõ poterat res reduci ad priorem materiam.Itẽ eodem modo intellige inſti.de re.di.§.cum ex aliena. nam & ibi etiã aſſides fecit de alieno ligno. & ſic nõ tranſit nauis in dominiũ ſpecificantis:vt hîc.Sed hoc ideo,quia redire ad primam poteſt materiã. Item cum eadẽ diſtinctione intellige ſuperius reſpõſũ:licèt quidã in hoc ſolo faciant vim reficere vel facere.

De hac inſcriptione. Ant.Auguſt. li.1.cap.6. Vide.ſ. ad.c. 59.

l.16.&17.ſ. eod.

d *Iulianus not.* primo caſu bene reſponſum eſſe. Azo. & rationem reddit.Accurſius.

Quod adiicitur rei cauſa refectionis,ipſi rei cedit:ſi quid de nouo affigitur,ad dominũ iure pertinet.Bartolus.

LXI.IVLIANVS *libro ſexto ex Minicio.*

MInicius interrogatus,ſi quis nauẽ ſuam aliena materia refeciſſet, num nihilo minus eiuſdem [a] nauis maneret, reſpondit manere: ſed ſi in ædificanda [b] ea idem feciſſet, non poſſe. [c] Iulianus notat.[d] Nã proprietas totius nauis, [e] carinæ cauſam ſequitur.

Acceſſiones ciuiles in hac actione veniunt ſicut naturales. Bar.

LXII.PAPINIANVS *libro ſexto Quæſtionum.*

SI nauis à malæ fidei poſſeſſore [f] petatur, & fructus [g] æſtimandi ſunt: vt in taberna & area quæ locari ſolẽt.Quod non eſt ei contrarium,quòd de pecunia depoſita quam heres [h] nõ attingit vſuras præſtare non cogitur. [i] Nã etſi maximè vectura, ſicut vſura, nõ natura peruenit,ſed iure [k] percipitur: [l] tamẽ ideo vectura deſiderari poteſt, quoniam periculũ nauis poſſeſſor petitori præſtare non debet: [m] cum pecunia periculo dantis fœneretur. [n]

e *Nauis.*id eſt tabularum omnium in naui poſitarum : vt cuius erat carina,eius ſint tabulæ omnes cauſa reficiẽdi expoſitę.Azo. Et dicitur carina,quaſi currina:quia per aquam currit ſcilicet inferior pars nauis.

f S*I nauis.Poßeßore.*ſine titu. vt teneatur de percipiẽdis vt in fi. huius legis dicetur.Azo.

g *Etiam fructus.*etiam percipiendi,vt ſtatim probat.

h *Heres.*putatiuus.

i *Non cogitur.*vt ſupra de petit. hered. ſi poſſeſſor hereditatis. in princip.& hoc niſi ſit in mora reddendi.

k *Iure.*ſcilicet ciuili.Vel dic,id eſt pacto contrahentium : ideoque videtur quòd nec vecturæ nauium quæ percipi potuerunt, cum ſint ſimiles vſuris in hoc,debeant præſtari: vt & infra de vſuris.l.vſuræ.in fin.quia ex corpore non proueniunt:vt infra de verborũ ſignifica.l.vſura pecuniæ.Sed reſpõ. ideo vectura præſtatur:quia cum nauis ſit parata vt nauigetur:vt infra de vſufructu.l.arboribus.§.nauis.& ſic non ſit in periculo poſſeſſoris:vt hîc,niſi aduerſo tempore eam nauigatum mitteret : vt ſupra eo. qui petitorio. æquum eſt vt de vectura percipienda teneatur:at pecunia non eſt ad hoc inuenta vt fœneretur:ideoque periculo ſuo fœnari atq; conſtringi non debet:quod fieret ſi vſuras percipiendas ab eo exigeremus. Sed qualiter poteſt eſſe malæ fidei poſſeſſor nauis,quin & fur ſit,& ſic indiſtinctè ſuum ſit periculum?Reſpõ.erat malæ fidei poſſeſſor fictione: vt quia erat heres eius qui ſciebat alienam:hoc eſt cõmodatarij:vel ſimilis : & hic ignorabat alienam. Vel bonæ fidei fuit à principio : ſed poſtea malę fidei:& ideo de percipiendis tenetur,ſi facit dolo:vt ſupra eod.l.ſi homo.

l *Percipitur.*id eſt,licèt in vtroque ſint acceſſiones ciuiles:tamen ideo,&c.

m *Non debet.*licet nauiget.

n *Fœneretur.*& ſi fœnerauerit,non reſtituit vſuram:cum ſuo periculo fœneraret:vt &.j. pro ſocio.ſi vnus.§.ſi vnus. & infra ad Treb.l.poſtulãte.§.fi.Et ſic no.naturalem acceſſionem in hoc à ciuili differre.ſic differt & in alio:vt colliges.j. de vſuris. l. in fideicommiſſi.circa prin.&.C.de vſur.rei iudi.l.fin.

o *Generaliter.*ſiue ante litis conteſtat. ſiue poſt:ſi modò de percipiendis agatur:de his enim hæc lex dicit:vnde non habet titu. poſſeſſor:aliàs de his nõ tenetur:vt.C.eo.ſi fundum. niſi in quatuor caſibus:vt ſupra eo.l.fructus diximus.

p *Fructibus.*percipiendis.

Fructus percipiendi intelliguntur, qui à petitore percipi potuerunt.Bartolus.

Generaliter [o] autem cũ de fructibus [p] æſtimandis quæritur : cõſtat animaduerti debere, non an malæ fidei poſſeſſor fruiturus ſit, ſed an petitor frui potuerit [q] ſi ei poſſidere licuiſſet. quam ſententiam Iulianus quoque probat.

Ei qui culpa deſiit poſſidere, & propterea litis æſtimationem ſoluit,ſunt cedendæ actiones: & cõpetunt vtiles ſine ceſſione contra extraneum : & etiam contra dominum cui litis æſtimationẽ ſoluit.Bartolus.

LXIII.IDEM *libro duodecimo Quæſtionum.*

SI culpa non fraude [r] quis poſſeſſionem amiſerit, [ſ] quoque pati debet æſtimationẽ, audiendus erit à iudice ſi deſideret vt aduerſarius actione ſua cedat. cum tamen prætor auxilium [*] quandoque laturus ſit quolibet alio poſſidente, nulla [t] captione adficietur. Ipſo quoque qui litis æſtimationẽ [u] perceperit poſſidẽte,debet adiuuari: [x] nec facile [y]

q *Potuerit.*ſcilicet honeſtè,non aliter: vt ſupra eod.l. fructus. Sed quid ſi poſſeſſor potuit petitor nõ?Reſpõ.non tenetur, vt argu. ſupra de peti.here.l.cum hereditas.

S*I culpa.*] CASVS. Rem quam à te petij, ſine culpa deſiiſti poſſidere:& in æſtimatione cõdemnatus es. an tibi debeo cedere actio.quã habeo aduerſus quemlibet poſſidẽtem,quæritur. Et dicitur quòd ſic: & ſi poſſeſſio illi⁹ rei peruenit ad eum, poteris vindicare.ſi autẽ ad me peruenerit, vtrum poſſis à me vindicare?Et reſpõ. quòd ſic:nec debeo audiri ſi volo pretiũ reddere.

r *Non fraude.* tunc enim ſecus : vt infra eo. is qui . Sed certè imò videtur idem ac ſi culpa: vt infra de re iudic. l.in depoſiti. quæ eſt contra.Solu. ibi in cõtractu bonæ fidei vbi exuberantior fides exigitur:quia à princ. habuit domini volũtatẽ. hîc in ſtricti iuris.

* extraordinariũ, id eſt actionem in factum,cum hic non ſit dominus.

ADDITIO. Vel ſolue aliter vt per gloſ. in. d. l.is qui infra eo.quæ ponit tres ſol.& tene tertiam,quam approbat Bartolus ibi.

ſ *Amiſerit.*lit.contra ſe conteſta.vt ſupra eo.l.ſi homo.&. l.ſi à bonæ fidei.

t *Nulla.*alia quàm litis æſtimatione.

u *Aeſtimatione.*ſcilicet ſtatim:vt & infra de leg.j.cum res. §. ſed ſi culpa.

x *Adiuuari.*Sed qualiter adiuuabitur contra dominũ:& quod auxilium contra extraneum habebit:cum præſtitã æſtimatione nunquam habuit poſſeſſionem poſtea?aliter enim vel rei vindicationem vel Publicanam habere non poteſt:vt ſupra eodem.l. hęc ſi res.& infra titu.j.traditionem?Reſpõ. ſecundũ Azonem, vtilem in rem.Nam & ius actoris emiſſe videtur dãdo litis æſtimationem:vt ſupra eodem.l.eius rei.Vnde tãquam emptor habet vtilem in rem:vt & C.de here. vend.l. fi. Alij vt Ro. dicunt quòd hoc auxilium & adiutorium,eſt actio ex empto quam intentabit cõtra eum qui litis æſtimationem accepit,vt actionem cedat,ſcilicet vtilem in rem:qua ceſſa intẽtabitur contra quemlibet,etiam cõtra dominum qui ceſſit.Eſt enim,vt dixi,litis æſtimatio ſimilis emptioni:vt. j. pro empt.l.litis. Tertij dicunt hoc auxilium & adiutorium,eſſe actionem Publicianam. Nã & antequam præſtitiſſet litis æſtimationem,habebat eam cõtra aliũ: nunc autem propter vigorem rei iudi.purius eam habet,etiã cõtra dominum:licèt contra eum antea non daretur. Et ſic erit hic caſus quo Publiciana contra dominum datur,ſecundum eos: vt in ſimilibus:vt infra eo.ſi à Titio.& dices infra ti.j. l.pe. Quartò dic,ſecundum M.quòd hæc res erat præſens cum ſoluit æſtimationem:& ita videtur tradita.Et pone quòd non erat dominus qui vindicabat.alioquin ſtatim fuiſſet factus domin⁹: vt.ſ.eo. l. eius. Sed prima opinio verior eſt.

In hunc locũ Vide Cuiac.lib.10 obſeru.cap.6.

y *Nec facilè.*quia quandoque debet audiri ratione cauſæ : vt in commodato & locato:non autẽ hîc in quibus rem retinet reddendo æſtimationem:vt.j.de cõdic.ſine cau.l.ij.&.j.commo. l. in commodato.§.fi.&.l.ſi vt certo.§.fi.ſecundum quoſdam.Sed non placet,ſecundũ H.cum tã in illis,quàm in iſtis debeat cedi actio:& ſic cõdẽnati eſt electio.Sed hoc ſpeciale, vt ex cauſa, vt

quia malæ fidei poſſeſſor eſt, ſic præciſe audiatur. Sic & contra furem quis auditur: vt. j. de fur. l. ei qui.

a *Iudicati.* id eſt condemnati. Accurſius.

Cum in rem.] CASVS. Petij rem meam à te, obtinui. non ſolum venient fructus quos percepiſti tu fructuarius, ſed etiã quos percipere potuiſti: vt flores, fœnũ, & ſimilia. q. d. omnis vtilitas veniet. Viu.

b *Non fructui.* id eſt, in quibus vſus non vſuſfru. conſtitui poteſt: vt in his quæ ſolo vſu cõſumũtur: vt inſtitutio. de vſufru. §. conſtituũtur. & infra de vſufru. earum rerum quæ vſu con. l. j. &. ij. Sed hoc non placet quia in his rebus poteſt eſſe & ſolus vſus, quib⁹ & vſuſfructus, & econtra: vt infra de vſu & ha. l. j. Dic ergo, id eſt eorum quę quis haberet hoc ipſo, ꝙ eſſet vſuarius, licèt vſufructuari⁹ nõ eſſet: quæ ſunt multa: vt inſtitutio. de vſu & hab. §. j. ij. &. iij. vel dic, de vaſis & ſimilib⁹ in quibus vſus non vſuſfructus eſt: vt infra de vſuris. lege. iiij. §. finali. &. l. videamus. Accur.

* oppoſita

c *Fructus.* id eſt vtilitatem, quæcunque illa ſit.

† al. à lite cõteſtata.

Emptor.] CASVS. Obligaui tibi fundum pro decem. quem vendiſti Titio. ſi petã fundum à Titio: an repellet me per exceptionem, niſi reſtituã id pro quo fundus fuit obligatus, id eſt ſorte & vſuras? Et dicitur ꝙ ſic: niſi tantum percepiſſet ex fructib⁹. [Ancillam.] Filiam meã copulaui alicui in matrimonium. dedi ei ancillam: non vt haberet in dotem, ſed in peculium. deceſſi, nũquid ancilla erit hereditaria? Dicitur quòd ſic. Sed pone quòd nolui in teſtamento quòd filia eſſet heres: & ſic in cæteris bonis eam exheredaui. dicitur quòd ancilla erit filiæ. Accurſius.

audiendus erit ille ſi velit poſtea pecuniam quam ex ſententia iudicis periculo iudicati [a] recepit, reſtituere.

Ea quæ ſunt in vſu, non habentur in fructibus. Bartolus.

LXIIII. IDEM *libro viceſimo Quæſtionum.*

Cum in rem agitur: eorũ quoque nomine quæ vſui non fructui [b] ſunt, reſtitui fructus [c] certum eſt.

Poſſeſſori debet reſtitui pretiũ à domino, quòd eſt in eius vtilitatem verſum cum vſuris: habita tamen fructuum compenſatione. Bartolus.

LXV. IDEM *libro ſecundo Reſponſorum.*

Emptor prædium quod à non domino [d] emit, exceptione doli poſita * non aliter reſtituere domino cogetur, quam ſi pecuniam creditori eius ſolutam, qui pignori datum prædium habuit vſurarúmque medij [e] temporis ſuperfluum [f] recuperauerit, ſcilicet ſi minus in fructibus † ante litem perceptis fuerit. Nam eos [g] vſuris nouis duntaxat compenſari, ſumptuum in prædium factorum exemplo æquum eſt.

Verba enuntiatiuè prolata per modum cauſæ, diſpoſitionem inducunt iure exceptionis. Barto.

Ancillam quæ non in dotem data, ſed in peculium filiæ conceſſa eſt, peculio filiæ non legato mancipium hereditarium eſſe conuenit. [h] Si tamen pater dotis ac peculij contemplatione filiam exheredauit, & ea ratione reddita [i] nihil ei teſtamento reliquit, aut eo minus [k] legauit: filiã defenſio tenebitur voluntatis. [l]

Res quæ ſubiacet reſtitutioni, poteſt à domino interim vindicari. Bartolus.

LXVI. PAVLVS *libro ſecundo Quæſtionum.*

Non ideo minus rectè quid noſtrũ eſſe vindicabimus, [m] quòd abire à nobis dominiũ ſperatur, ſi conditio legati vel libertatis extiterit.

Pecunia in re empta inuenta, ſi eſt theſaurus, reddetur emptori: ſi pecunia, reddetur vẽditori. Bart.

LXVII. SCÆVOLA *libro primo Reſponſorum.*

A Tutore pupilli domũ mercatus, ad eius refectionẽ fabrum induxit. is [n] pecuniam inuenit. quæritur ad quẽ pertineat. Reſpondi: Si non thenſauri * fuerunt, [o] ſed pecunia fortè perdita, vel per errorem ab eo ad quem pertinebat, non ablata: nihilominus eius eam eſſe, cuius fuerat.

A condemnato in rei vindicatione poteſt res auferri manu militari, ſi res poſſidetur, vel contra doloſum iurari in litem: aliàs fiet executio in vera æſtimatione, ſeu aduerſarij intereſſe. & prædicta ſunt generaliter vera in omnibus actionibus. h. d.

LXVIII. VLPIANVS *libro quinquageſimoprimo ad Edictum.*

d *A non domino.* puta à creditore qui non habuit ius vendendi: vt infra de le. ij. l. ſi. §. quatuor. Vel ſecundò, quando mala fide emit colludens in pretio: creditore vendẽte ex pacto vel ex lege, quo etiã caſu opponitur exceptio doli mali vel in factũ: vt hîc, &. C. ſi vendi. pig. l. j. in fi. Si autem habuit ius vendendi, & bona fide emit: fieret emptor dominus: & nõ teneretur actione in rẽ, de qua hîc dicit: vt inſtitu. qui. alie. licet. §. j. Vel dic tertiò, quòd à non creditore emit pro decem. Item creditori ſoluit cui hoc prædium erat obligatum pro. xv. retinet ergo prædium pro his xv. non autem pro. x. quia illa in vtilitatem domini nõ venerũt. & ſic loquitur lex quæ eſt contra. C. de rei vin. l. mater. &. C. de fur. l. inciuilem. & facit ad hãc infra de pigne. actio. l. ſi creditor.

ADDITIO. Solue ſecundum Bartolum, & dic quòd in legibus in contrarium allegatis pretium non erat conuerſum in vtilitatem domini: hîc ſic. & de hoc vide plenè per eundem Barto. in. l. ij. de quadrien. præſcrip. & infra de præſcript. xxx. anno. l. j.

e *Medij.* medium eſt poſtquam ſoluit, vſquequo conuenitur.

f *Superfluum.* id eſt illud quod excedit fructus perceptos, & hoc ſi minus &c. vnde & ſi totidem ſunt, in totum fit cõpẽſatio. ſicut enim fructus aliàs cum impenſis compenſantur: vt ſupra eodem. l. ſumptus. in princi. ita meritò cõpenſantur hîc fructus cũ vſuris. & hoc eſt quod ſubiicit, nam eos &c. vt & dicitur. ſ. de minori. l. minor annis. xxv. §. prædia. Vſuras autem nouas vocat quas petit emptor ratione temporis poſt ſolutionẽ currentis. nõ ergo dicit de his quas emptor ſoluit creditori. Et ſic no. ꝙ ad vſuram ſolutam vel ſortem nõ fit cõpenſatio. Dicit ergo nouas, reſpectu veterũ: quas hic debitor dudũ creditori ſoluit, vel ſoluere debuit, ſecũdũ Azo. quæ repetũtur vt ſors: non tamẽ faciũt aliam vſurã: licèt ſors ſoluta faciat: vt. j. qui potio. ĩ pig. ha. ſi prior. §. ſciendum. ſecũdum Azo. & id tẽpus quo hæc currunt, dicitur mediũ tẽpus. Sed quare fructus tantũ ante lit. cõteſta? Rñ. imò & poſt perceptionẽ. Sed de primis ideo dicit, quia magis dubitabatur: poſteriores enim valde ad officiũ iudicis pertinẽt: vt j. de ędil. edic. l. ædiles. j. §. itẽ ſciẽdũ. Sed quid ſi pendente cõditione legati heres alienet: & poſtea dudũ extitit cõditio: factæ ſunt expẽſæ à bonę fidei emptore: ideo opponit doli exceptionẽ, & ego cõpẽſo fructus quos cõditione pendẽte percepit: an poſſum? Reſpõdeo, nõ: quia illo tempore mei non erant, nec res nec eos petere poteram: vt. C. de caducis tollẽ. §. ſin autem. Acc.

* De orthographia huius dictionis thenſaurus, vide Anto. Aug. lib. 2. emen. ca. 6. Nã tempore Iuſtiniani vſitata fuit hæc ſcriptura, vt patet ex eo loco Donati in Eunu. Theſaurũ Latini veteres ſecũdũ Græcos ſine n proferebant.

g *Eos.* ſ. fructus. & ſic no. hîc caſum in quo bo. fid. poſſeſ. non lucratur fruct⁹: vt & not. ſupra eo. l. ſumptus. & regulariter cõtra: vt infra finium regun. l. iiij. §. penul.

h *Conuenit.* iure communi.

i *Reddita.* à parte. Accurſius.

k *Eo minus.* id eſt propter id. ſ. quòd dotem ei legauerat & peculium, noluit eam heredẽ eſſe: & hoc expreſſit: vt hîc, & infra de here. inſtitu. l. qui volebat.

l *Voluntatis.* ſcilicet expreſſæ. & hoc ſcilicet per exceptionem: nõ autem per actionem, ſecundum H. Nec eſt contra infra de leg. ij. l. Titia. §. Gaius. quia exceptionem non actionẽ competere intelligendum eſt. Accurſius.

Non ideo.] CASVS. Inſtituto me herede, & quibuſdam ſeruis libertate relicta ſub condi. vel aliqua legata erant eis ſub condi. relicta: ſerui, vel res ab aliquo poſſidetur: an eoſdem vindicare poſſim, quæritur. Et dicitur quòd ſic. Viuianus.

m *Vindicabimus.* ſcilicet nos heredes à quibus eſt relicta libertas ſeruorum, vel etiam fundus ſub conditione: vt infra de condic. fur. ſi ſeruus. & infra. ad Sil. l. j. §. ſerui. & infra fa. ercif. l. & poſt. §. res. vel pone exemplum vt infra de noxa. l. ſi quis ſeruum. vel vt infra de regu. iur. l. plerunque. in fine titu. ſed argu. contra infra de vſufru. l. ſi fur.

n *A Tutore. Is.* ſcilicet faber inuenit pecuniam in hac domo ſub terra. Accurſius.

o *Fuerunt.* ſcilicet hi nummi. nam ſi theſauri fuiſſent, non crederentur habere dominum: & ideo pro dimidia inuentoris, pro alia dimidia domini ſoli fiunt: vt. j. de adqui. re. do. l. nunquã. §. theſaurus. & inſti. de re. diui. §. theſauros.

Qui reſtituere.] CASVS. Rem quam petebam à te, iuſſu iudicis volebas reſtituere. ſi poſt penes te eſt: debet auferri à te manu militari. & ſi dolo deſiiſti poſſidere, iurabo in litem. ſi verò non poſſides, nec dolo deſiiſti poſſidere, condemnaris ad intereſſe. & iſta obtinent quacunque actione agatur. Viu.

*Iuſſus*

UNED

Qvi reſtituere † iuſſus, [a] iudici non paret, contendens [b] non poſſe reſtituere: ſi quidem habeat rem, [c] manu militari [d] officio iudicis ab eo poſſeſſio trãſfertur: [e] & fructuum duntaxat, [f] omniſque cauſæ [g] nomine condemnatio [h] fit. Si verò non poteſt reſtituere: ſi quidem dolo fecit quo minus poſsit, is quantum aduerſarius in litem ſine vlla taxatione [i] in infinitum iurauerit, damnandus eſt. Si verò nec poteſt reſtituere, nec dolo [k] fecit quo minus poſsit, nõ pluris quàm quanti res eſt, [l] id eſt quanti aduerſarij interfuit, condemnandus eſt. [m] Hæc ſententia [n] generalis eſt, & ad omnia ſiue interdicta ſiue actiones in rem ſiue in perſonam ſint, ex quibus arbitratu iudicis quid reſtituitur, [o] locum habet.

Ei qui dolo deſiit poſsidere, nõ cauetur, nec actiones ceduntur, nec Publiciana datur. Item poteſt petitor omiſſo iuramento in litem petere veram æſtimationẽ. Bartolus.

LXIX. PAVLVS *libro tertiodecimo ad Edictum.*

Is qui dolo [p] fecit quo minus poſsideret, hoc quoque nomine punitur, quod actor cauere ei non debet, [q] actiones [r] quas eius rei nomine habeat, ſe ei præſtaturum.

LXX. POMPONIVS *libro vicenſimonono ad Sabinum.*

Nec quaſi Publicianam [s] quidem actionem ei dandam placuit: ne in poteſtate cuiuſque ſit, per rapinam ab inuito domino rem iuſto [t] * pretio comparare.

LXXI. PAVLVS *libro tertiodecimo ad Sabinum.*

Qvod ſi poſſeſſor quidem dolo fecit, actor vero iurare nõ vult, ſed quanti res ſit, aduerſarium condemnari maluit, mos ei gerendus eſt. [u]

a *Iuſſus*. per ſententiam primam, vt rem petitam reſtituat: nõ tamẽ dicit, debeat hoc ſibi iuberi, vel nõ: ſed dices ĩ fine hui⁹ legis.

b *Contendens*. ſ. per mendacium: vt. j̃. de re iudi. l. debitoribus. in prin. Sed ſi vere, nõ tenetur, niſi dolo vel culpa poſſidere deſiit. ſed & ſi poſſideret, & implorat tempus ad reſtitutionem, debet habere: vt inſtit. de offi. iud. §. j.

† Regulariter quis non tenetur præciſè ad factũ ſed dãdo intereſſe, liberatur. ad hoc multa iura poſſunt adduci. tamen vbi quis per ſententiam tenetur tradere, ad illud poteſt cogi preciſè. Bal. in l. 1. pe. col. verſi. ſed pone, de vẽditione eſt factũ inſtrumentum. C. de ſen. quæ pro eo quod intereſt pro fe. ad hoc alle. iſtum tex. pro ſingu. & dicit menti tenendum. Bolog.

c *Habeat rem*. in propatulo, vt appareat.

d *Manu militari*. a vel adiectiuum: & eſt vna pars: vel dic quòd ſunt duæ partes. Accurſius.

e *Transfertur*. imò manus vel executio militaris debet ceſſare in negotiis priuatorũ: vt C. de offi. mili. iudi. l. j. quę eſt cõtra. Sol. illud generale, hoc ſpeciale. Vel illud locum habet quãdo aliud supereſt: vt quia per executores rẽ reddidit: vt ar. C. de his qui la. vel al. cri. reos occul. l. fi. Vel ꝙ eſt verius, hîc de manu militari dicit: hoc eſt de ipſis executorib⁹: ꝙ poteſt fieri: non autem de militibus: vt in. l. cõtraria: niſi in ſubſidiũ: vt. C. de his qui latro ĩ d. l. fi. quo etiã caſu poteſt hîc loqui: vt dixi. vel quod ibi dicit, hoc ſonat, vt magiſter militum nõ habeat iuriſdictionẽ inter priuatos: quod eſt veritas. Et eſt ſimile, vt præciſè ſit præſtandum: vt infra de lib. cau. duobus. &. C. de fideic. lib. l. fi. &. j̃. ne vis fiat ei, qui in poſſeſſ. miſ. eſt. l. fi. in prin. &. s̃. de peti. here. ſi poſſeſſor. §. penul. ibi, ſed & ſi quidẽ &c. ADDITIO. Dic rationẽ, ſecundũ Bal. hîc, quia vbicunque æquitas dictat quòd reus præciſè teneatur, tũc cõpellitur præciſe: ſed in reali hoc dictat æquitas: vt. j̃. eo. l. nec quaſi. ergo &c. ſecũdũ Pe. in brocard.

a] Concor. tex. cum hac glo. iuncto tex. in c. prĩcipes. 23. q. 5. concor. tex. & ibi glo. in c. petimus. 11. q. 1. eſt expreſſum in. l. ſi quis miſſus. j̃. ne vis fiat ei qui in poſ. miſ. eſt.

f *Dũtaxat*. nõ alteri⁹ rei: nõ enim excludit rẽ ipſam, vel dic quòd excludit ſolum iuramẽtũ in litẽ. nã cũ res aufertur manu militari, nõ iuratur in litẽ niſi petitor eligat illã viã, & hãc dimittat. vel dic, aliud malũ amodo nõ habebit, cũ eligatur man⁹ militaris. D

g *Cauſæ*. id eſt vtilitatis: vt. s̃. e. l. præterea.

h *Condemnatio*. id eſt executio condemnationis factæ de fructibus, & cauſa: vel dic, fructuum poſt ſententiam.

i *Vlla taxatione*. à lege facta. fit tamen à iudice: vt. s̃. de dolo. arbitrio. §. j. &. j̃. de in litem iuran. l. videamus. §. pe. &. j̃. ad exhi. l. iij. §. ij. quæ ſunt contra. ADDITIO. Solue & dic, quòd taxatio non fit à lege, vt hîc: ſed à iudice ſic: vt in contrario, ſecũdũ. Bar.

k *Nec dolo*. ſed culpa: vt ſupra eo. l. à quo. in fin. & ſupra de peti. here. & non tantũ. §. veniunt. verſi. imò. Alioquin nõ teneretur: vt. j̃. mã. l. ſi procuratorem. §. fin. & infra ſol. mat. l. Mæuia. Azo. &. s̃. eod. ſin autem. §. j. Accurſius.

l *Quanti res eſt*. hoc caſu, & ſuperiori aliud petitur: & aliud in cõdemnationem deducitur. quod dic vt. j̃. ſi cer. peta. l. vinum. Ac.

m *Condemnandus eſt*. in primo ergo caſu cum poſſidet, quatuor ſunt mihi prodita auxilia: rei ablatio, in litem iuratio, intereſſe præſtatio, & rei vera æſtimatio. In ſecundo quando dolo deſiit E poſſidere, tria vltima præter primum, locum habẽt contra eum. Quod eſt verum, ſi extat: aliàs non iuratur in litem: vt. s̃. de peti. here. ſi poſſeſſor. §. fi. &. l. ſeq. Vel dic, ibi in petit. here. vbi ſecus. Si verò non dolo deſiit poſſidere, ſed culpa: duo tantùm vltima. Si nec dolo, nec culpa, nullum: & habent locum hæc auxilia tũc tantum: & ſemper tunc. quando quod eſt meum peto, ſecũdum R. & Ir. & Bul. & ſic intelligunt quod ſtatim ſequitur, hæc ſententia &c. ſcilicet quòd prædicta auxilia locum habeãt. Sed hoc eſt falſum, ſecundum Io. quia etiam in donatione & promiſſione vbi peto quod non eſt nec fuit meum, locum habent, præter iuſiurandum in litẽ: vt inſtitu. de dona. §. aliæ. Dicit ergo Ioan. hanc. l. loqui cum iudex iuſſit eum reſtituere: licèt iniurioſè quãdoque: puta cum reus poteſt ſe liberare præſtito intereſſe: ſicut in re vendita contingit: [b] vt infra de act. emp. l. j. Non ergo dicit quando iubere debeat: ſed cum iubeat, licèt iniuſtè. & ſecũdum H. hæc verba quæ ſequuntur hæc ſententia & cætera. dic id eſt, de re manu militari auferenda: nõ de iureiuran. in litem. nã aliàs vbicunque ex obligatione quis tenetur dare, ad rem debet damnari: vt infra de ver. obli. vbi autem. §. fin. nõ tamẽ iuratur in litẽ niſi actio ſit arbitraria, vel bo. fi. vt. j̃. de in litẽ iuran. l. in actionibus. A ſimili ſi eſt condemnatus dare, vel tradere præciſè, manu militari cogatur ad hoc: non tamen in litẽ iuretur. Et ſecundũ hoc intellige de ĩterdictis: vt infra, ne vis fiat ei. l. penul. Tertij dicũt, quòd hęc generalitas q̃ ſubiicitur, ad arbitrarias tãtũ reſtrĩgitur. Sed quare poneret de interdictis, cum nulla inueniãtur arbitraria? ideoque hoc nõ placet. Illud autẽ verũ eſt, quòd quatuor auxilia in arbitrariis tantùm locum habent, ſecũdum Azo. & in bonæ fidei.

b] Iſtud dictũ gl. dicit Bal. hic valde no. quòd venditor leberatur preſtãdo intereſſe: quod ĩtellige verũ niſi ſit lata ſentẽtia definitiua ſup traditione rei. nã tunc pdit beneficiũ ſoluendi intereſſe. ergo oĩs ſententia habet preciſe obligare. quod not.

n *Sententia*. quòd prędicta quatuor auxilia locũ habeãt, ſecũdum Bul. & alios qui dicũt quãdo peto meũ: vel id eſt, ꝙ manu militari offi. iud. auferatur, ſecũdũ Io. qui in omnibus intelligit: ex quo eſt iuſſũ. Vel ſecundũ tertios qui ad arbitrarias reſtringunt, dic vt prius.

*Sic Flo. rectius quàm iniuſto. arg. l. Non enim j̃. Rer. amotar.

o *Reſtituitur*. id eſt, reſtitui iubetur. Sed quæritur an ſentẽtia de re reſtituenda ſit definitiua, vel interlocutoria. & videtur interlocutoria primò, quia in arbitrariis duæ ferũtur ſentẽtię. at ambæ non poſſunt eſſe definitiuæ, ſed ſola vltima. Item nõ inuenitur quòd ab ea appelletur: quod eſt proprium interlocutoriarũ: vt. j̃. de ap. re. l. ij. Et econtra videtur definitiua. nam per eam deciditur lis tota, & finis controuerſiæ principali imponitur: ergo eſt definitiua: vt. j̃. de re iudi. l. j. Itẽ principalis quæſtio eſt de reſtituenda re: ergo ſententia de ea dicta eſt definitiua. Itẽ mandatur executioni per manum militarem: ergo eſt definitiua ſentẽtia. Solu. dico quòd eſt definitiua: & ꝙ aufertur poſtea res manu militari, eſt executio, non ſententia. Quod patet ex eo, quia ſi alicui eſt delegata cauſa reſtitutionis rei, data illa ſententia finitur eius officium, & remittitur ad ordinarium executio iſta: vt in auth. de exhi. §. ſi verò. colla. v. Quod autem obiicitur, quòd nõ reperitur quòd ab huiuſmodi ſententia appelletur: reſpon. nec reperitur quòd ab ea non appelletur.

Is qui.] CASVS. Si rem quam à te petere volebam, dolo deſiiſti poſſidere, iurabo in litem ſi volo: nec tibi debeo cedere acti. ſed ſi iuraui, vel æſtimationem ſum conſecutus: nunquid habeo Publicianam? Et dicitur quòd non. Viuianus.

p *Is qui dolo*. ſecus ſi culpa: vt. s̃. eo. ſi culpa. Accurſius.

q *Non debet*. vt ar. s̃. e. l. & ex diuerſo. §. petitor. ſed contra. s̃. eo. l. hæc ſi res. Solu. vt ibi. Item contra. infra de re iudi. l. in depoſiti. Sed ibi in bonæ fidei, hic in ſtricti iuris. Itẽ ibi habuit cauſam ab actore: hîc non. pro quo eſt infra de dona. inter virũ & vxorem, ſi donatæ. Item hîc in eo in quo deliquit, debet puniri, ſcilicet circa poſſeſſionem: ibi aũt in poſſeſſione deliquit, quã dolo deſiit poſſidere: non tamen debet puniri in actione ex cõtractu qua agit vt ei fiat ceſſio, ĩ qua nõ deliquit: imò bona fi. cõtraxit.

r *Actiones*. ſcilicet in rem. Accurſius.

s *Nec quaſi. Publicianam*. id eſt, vtilem in rem.

t *Iuſto*. iuſtum vel iniuſtum ſit, habetur pro iniuſto: vt hîc, &. j̃. rerum amota. l. non enim. &. l. ideoque. Accurſius.

u *Qvòd ſi poßeßor. Mos ei gerendus eſt*. hæc verba dixit Pla. ſe non intelligere: ſed tu dic, id eſt conſuetudo iudiciorum ita ſe habet vt audiatur: vt. j̃. de proba. l. circa. in fi. Accurſius.

Si à Titio.] CASVS. Titius vendidit mihi fundum Sempronij, quẽ dicebat ad ſe pertinere: deceſsit Sẽpronius Titio herede inſtituto: Titius eundem alij vendidit: quis noſtrum potior eſt? Dicitur quòd ego. ſi verò fundum à me petat heres, repellam eũ excep. ſi vero ad Titium peruenit fundus, potero ab eo petere:

UNED

Publiciana cõpetit contra dominum, quando poſſeſſor & petitor habuerunt cauſam ab eodẽ vel poſſeſſor à petitore. Bartolus.

LXXII. VLPIANVS *libro ſextodecimo ad Edictum.*

SI à Titio[a] fundũ emeris Sempronii, & tibi traditus ſit pretio ſoluto,[b] deinde Titius Sempronio heres extiterit, & eundem alii vendiderit & tradiderit: æquius eſt vt tu potior[c] ſis. Nã & & ſi ipſe vẽditor eam rem à te peteret, exceptione eum ſummoueres. Sed & ſi ipſe poſsideret, & tu peteres:[d] aduerſus exceptionem dominii replicatione[e] vtereris.

Conuentus rei vindi. non cogitur reſpondere ſit dominus in totum, vel pro parte. Bartolus.

LXXIII. IDEM *libro ſeptimodecimo ad Edictum.*

IN ſpeciali actione[f] nõ cogitur poſſeſſor dicere pro qua parte eius[g] ſit. Hoc enim petitoris munus[h] eſt, non poſſeſſoris. quod & in Publiciana obſeruatur.

Superficiario competit vtilis actio in rem. Bartolus.

LXXIIII. PAVLVS *libro viceſimoprimo ad Edictum.*

SVperficiario,* id eſt, qui in alieno ſolo ſuperficiem ita habet, vt certam pẽſionem præſtet.

LXXV. VLPIANVS *libro ſextodecimo ad Edictum.*

PRætor cauſa cognita in rem actionem[i] pollicetur.

& ſi excipiat quòd à non domino emerim, potero replicare de dolo: cum ab eo emptum habuero. Viuianus.

a *Si à Titio.* non domino.

b *Pretio ſoluto.* maximè: vt. j̃. titu. .j. l. de p̃tio. Vel dic ſpeciale quia cõtra dominũ datur, ſicut & quãdo directã in rẽ intẽderet: vt. C. eodem. l. quotiens. vel ideo quia loco pignoris &c. vt infra de act. emp. Iul. §. offerri. vel ideo, quia res venditæ &c. vt. §. venditæ. inſtitu. de re. diui. & ſic pro pter venditorem dicit hic de pretio ſoluto.

c *Vt tu potior.* ſcilicet prior emptor.

d *Peteres.* per Publicianam: vt. j̃. de excep. rei ven. l. pen. & j̃. de doli ma. excep. l. apud Celſum. §. ſi à Titio. & ſic no. ex ſuperueniẽte dominio cõfirmari alienationem: vt hîc, & j̃. de vſuca. l. cũ vir. & in authen. de non eli. ſecun. nuben. §. hoc quoque proſpeximus. col. j. Itẽ pignus: vt infra qui po. in pig. ha. l. creditor. §. cũ ex cauſa. Sed argu. contra. infra iudi. ſol. l. ſi ante. ADDITIO. Dic quòd ibi loquitur in iure perſonali: hîc in iure reali, quod facilius adquiritur ſic, quia facilius confirmatur: vt. C. per quas perſonas no. adqu. l. j. ſecundum. Bar.

Dominium ſuperueniẽs alienationẽ confirmat.

e *Replicatione.* ſcilicet rei vin. & ſic poteris eũ cogere, vt in re transferat dominiũ. Nõ enim dico, quòd etiam ſi tu poſſideas. quòd efficiaris ſtatim dominus cũ venditor factus eſt dominus: niſi iterum tradatur poſtea poſ. arg. infra de ac. emp. l. ſi quis alienam. licèt ſit arg. cõtra. j̃. ſi certum pe. proinde. & . C. de ſecun. nup. auth. ſed & ſi quis. Et hoc quòd non tranſeat dominium, dico maximè ea ratione, quia dominus in hoc nõ cõſenſerit: neque dominiũ transferre voluit. Et not. quòd hîc eſt caſus, in quo Publiciana datur contra dominum.

* Hæc lex in pand. Flo incipit, id eſt & vox ſuperficiario, ad finẽ legis ſuperioris ponitur, præceditque epigraphẽ huius legis.

Publiciana quandoque cõtra dominum datur.

f *IN ſpeciali actione.* i. in rei vin. ſed in perſonali ſecus quãdoque: vt infra de inter actio. l. qui interrogatur.

g *Eius ſit.* ratione dominij. ſed pro qua parte poſsideat, ſic: vt. j̃. de interro. ac. l. qui ſeruum. §. in iure.

h *Munus.* id eſt onus. probare ſcilicet dominium &c. vt. C. de edẽ. qui accuſare.

i *PRætor. In rem actionem.* ſcilicet vtilem, ſi modo penſionem ſoluat: non aliàs quo ad dominum: vt. j̃. de pig. act. tutor. §. fi. & infra de ope. no. nun. in prouinciali. §. pe. & infra ſi ager vec. vel emphy. l. j. Item & Publicianam, ſi à non domino habet: vt infra tit. j. cum ſponſus. §. in vectigalibus. Item hoc ſi non ad modicum tẽpus conduxit: vt. j̃. de ſuperficie. l. j. §. quod autẽ ait.

*QVæ de tota.*] CASVS. ſatis planus eſt. [INCERTÆ.] Quotiens quis habet iuſtam cauſam petendi, incertus tamen quantum petat, incertam partem petere poteſt. verbi gratia, aliquis reliquit mihi in teſtamento, quaſi totam hereditatem exhauriens, adeo quòd locus eſt Fal. cum incertum ſit, quid debeat detrahi de ſeruo mihi relicto: vnde per conſequens incertus ſum quid petere debeam. Dicitur quòd incertã partem potero vindicare. Viuianus.

k *Dicta ſunt* vt ſi totus ſit fundus petitus, reſtituantur fructus percepti & percipiendi. idem eſt ſi pars petatur. Et ſic not. argu. quod iuris eſt in toto quo ad totũ: idem eſt in parte quo ad partem. vt infra pro derelic. l. an pars. & plenè dixi infra de vſur. l.

Quod iuris eſt de toto quo ad totum, idem de parte quo ad partem. Bartolus.

LXXVI. GAIVS *libro ſeptimodecimo ad Edictum Prouinciale.*

QVæ de tota re vindicãda dicta[k] ſunt, eadem & de parte intelligẽda ſunt: officióque iudicis continetur, pro modo partis ea **B** quoque reſtitui iubere, quæ ſimul cum ipſa parte reſtitui debent.

Admittitur incertæ partis vindicatio ſi ex parte actoris eſt iuſta cauſa ignorantiæ. Bartolus.

Incertæ partis vindicatio datur,[l] ſi iuſta cauſa interueniat. Iuſta autem cauſa eſſe poteſt, ſi fortè legi Falcidiæ locus ſit in teſtamento, propter incertã detractionẽ ex legatis, quæ vix apud iudicem examinatur.[m] Iuſtam enim habet ignorantiam legatarius cui homo[n] legatus eſt,* quotam par- **C** tem vindicare debeat. itaque talis[o] dabitur actio. Eadẽ & de cæteris[p] rebus intellegemus.

Si venditor vel donator rẽ conducit ab eo cui dedit: ipſa conductio transfert poſſeſſionem quam habet, & etiam dominium. Bar.

LXXVII. VLPIANVS *libro ſeptimodecimo ad Edictum.*

QVædã mulier fundũ ita non marito[q] donauit per epiſtulã, & eũdẽ fũdũ ab eo conduxit.[r] [Dixi] poſſe defẽdi in rẽ ei[ſ] cõpetere, quaſi per ipſam adquiſierit **D** poſſeſſionẽ[t] veluti per colonam.

qui ſcit in principio.

**A** l *Datur.* ſic enim dicit in libello: vindico tantam partem huius rei quantã Falc. mihi permittit. nõ autẽ dicã, vindico partem incertã. Iudex tamẽ licèt prædicto modo petã: vt prius dixi ſua ſententia debet facere certũ: vt inſtitu. de act. §. curare. vel ſi nõ poteſt, debet iubere totũ ſolui vt legatarius promittat reddere, ꝙ acceperit pluſquã licuit: vt infra, ſi cui plus quàm per legẽ Falc. l. j. Azo. vel incerta ſentẽtia dabitur ſecũdum libellũ: vt ĩſti. de act. §. curare. Aliud autẽ puto in parte ĩcerta hereditatis petita, vt iudex nõ teneatur facere certum: ſed poſſit pronũtiare incertũ, quia iudiciũ eſt vniuerſale: vt. s̃. ſi pars here. pe. l. j. in fi. H. Itẽ op. incerta pars vĩdicatur, vt hîc: ergo ĩcerta pars poſſidetur, cũ poſſeſſio parit actionẽ in rem: vt. C. de alie. iu. l. j. Sed hoc falſum eſt: vt. j̃. de adqui. poſ. l. iij. §. incertę. quæ eſt contra. Reſpon. hîc eſt fallacia ſecũdum accidens: nam non valet hoc arg. incerta vĩdicatur, ergo incerta poſſidetur. Ioan.

Res incerta vindicari poteſt, nõ autẽ poſſideri.

* Si hęſitet.

m *Examinatur.* vt verum videatur, vt. j̃. cõmuni diui. & ſi nõ. §. j. & facit. j̃. ad. l. Falc. qui fundũ. §. ſi cui. Sed certè imò videtur qđ ſemper ſit certum quãtum debeat detrahi: quia de ſingulis quarta. Rñde. verum eſt cũ nihil remãſit penes heredem. nam vbi aliquid remãſit, incertũ eſt, quãtum debeat detrahi de ſingulis: quia illud qđ remanſit, debet cõputari in quartam. & ſic quandoque quinta: quãdoque decima de ſingulis detrahitur: vt. j̃. ad. l. Fal. in ratione. in prin. Item ſi velit totum ſoluere accepta cautione poteſt: non tamẽ compellitur, ſecundum H. quia illud tunc fit, quãdo eſt dubium an habeat Falcidia locum in teſtamento: at hîc conſtabat, quòd aliquid erat defalcandum: ſed dubium eſt quantum.

n *Cui homo.* ar. contra Pla. qui dixit non in ſingulis defalcãdum: ſed in vna re heredem eligere. & pro hoc. j̃. ad. l. Fal. l. Plautius. & . l. Paulus.

o *Talis.* id eſt taliter, pro incerta ſcilicet parte.

p *De cæteris.* ſcilicet rebus, non ſolùm in homine, ſed idem in cęteris cauſis iuſtis quibus interuenientibus incertę partis vindicatio datur: vt. j̃. communi diu. & ſi non omnes. §. j. hoc idem vbi- **E** cũque iuſta ignorantia interuenit: vt infra depoſi. l. j. §. ſi quis argentum. & arg. j̃. de fur. l. in actione.

*QVædam mulier.*] CASVS. Mihi quædã mulier miſit epiſtolam, in qua ſignificauit, quòd dabat mihi fundum: & illũ fundum à me cõduxit. an per epiſtolam mihi ſit adquiſitum dominium quatenus fundum vindicare poſsim, quæritur. Et reſpon. quòd ſic.

q *Non marito.* nam marito non poſſet: vt infra de do. inter virum & vxorem. l. j.

r *Conduxit.* per eandem epiſtolam: quod fieri poteſt: vt inſtitu. de obli. ex conſenſu. §. j.

ſ *Ei.* ſcilicet donatario.

t *Poſſeßionem.* quod enim ſuo nomine quis poſsidet, poteſt & alieno nomine poſsidere: vt. j̃. de adqu. poſ. quod meo. Nec eſt prohibitũ ſic mutare poſſeſsionis cauſam, ſcilicet facere de aliqua nullam: vt in. d. l. quod meo.

Fuiſſet.

UNED

a *Fuiſſet.* ſi is qui donatione accepit, erat in poſſeſſione: ꝙ nõ eſt neceſſe. Alij dicũt, fuiſſet. ſ. marit⁹, vel mulier. Sed prima verior. & hoc ignorante muliere, ſecundum quoſdam. Tu dic, ea non ignorante: vt arg. C. de dona. l. quiſquis.

b *Sufficiebat.* hoc ĩ vẽditione nõ ſufficit: vt. ĩ. de cõtrahẽ. emp. qđ vẽdidi. ſed ſumitur hîc ar. ꝙ ſi tu emeris rẽ aliquã, & poſtea in ei⁹ poſſeſsiõe reperiaris, præſumitur te habere poſſeſſionem ex cauſa emptionis: vt. ĩ. pro ſoc. l. merito. & C. de adqu. poſ. l. j. Accurſius.

* ei mittetur.

S *I eius.*] CASVS. Fundũ meũ poſſediſti, nullos fructus percepiſti, & eũ petebã. q̃ritur vtrũ teneris ad fruct⁹, cũ eos non percepiſti? Et rñ. ꝙ nõ. quomodo autẽ dicuntur fructus, percepti, dicit in textu.

† notat.

c *Si eius.* poteſt duobus modis ĩtelligi. primo, vt dicas ſi pro quãuis: & nõ collegiſti. i. ĩ horreis nõ recondidiſti. à ſolo tamẽ ſeparaſti & pceperit. i. à ſolo ſeparauerit. & quod dicit, Paul⁹ notat. ſ. reprobando: quia non diſtinxerat: vt. ĩ. ad. l. Rho. de iac. l. fi. Et ſecũdũ hoc dices nõ teneri rei vĩ. ſed off. iud. de quo hîc nõ dicit. Secũdo ſic, vt nõ collegerit aliquo modo: & qđ dicit, fact⁹ eſt. i. fieri potuit. nam ſi nõ potuit, vt quia erat ma. fi. tenetur de percipiendis: vt. ſ. e. l. ſi nauis. §. fi. & ſecundũ hoc Paulus approbat, addendo. & hic ſecũdus planus eſt. vel tertiò, Paulus reprehẽdit: q̱a. ſ. dixit poſſeſſorẽ teneri ſi collegerit. i. in horreis recõdiderit: ſed certè imò ſi à ſolo tm̃ ſint ſeparati p ſe, vel p alium.

* Percipere fructus item cogere quid ſit. not. Cuiac. lib. II. obſc. c. 39.

† perfectè.

* notat. ait.

Proponebatur quod etiã in eo agro qui donabatur, fuiſſet [a] cũ epiſtula emitteretur: * quæ res ſufficiebat [b] ad traditam poſſeſſionem licèt conductio nõ interueniſſet.

Fructus efficiũtur bonæ fi. poſſ. eo ipſo ꝙ à ſolo ſunt ſeparati. Ba.

LXXVIII. LABEO *libro quarto Pithanon à Paulo Epitomatorum.*

SI eius [c] fundi quem alienum poſſideres, fructum non coëgiſti, nihil eius fundi fructuũ nomine te dare oportet. [d] Paulus. † Imò quæritur, [ſi] huius fructus idcirco fact⁹ eſt, quod is eũ ſuo nomine [e] perceperit. Perceptionẽ * fructus accipere debemus nõ ſi perfecti † collecti, [f] ſed etiam cœpti ita percipi, vt terra continere [g] ſe fructus deſierint: veluti ſi oliuæ, vuæ lectæ, nondum autem vinum, oleum ab aliquo factum ſit. ſtatim enim ipſe accepiſſe fructum exiſtimandus eſt.

Fructus debentur vſque ad id tempus quo deſierunt poſſe percipi. Bartolus.

LXXIX. IDEM *libro ſexto Pithanon à Paulo Epitomatorum.*

SI hominem à me [h] petieris, & is poſt litem conteſtatam mortuus ſit, fructus [i] quo ad is vixerit æſtimari oportet. Paulus, * ita id verũ eſſe puto, ſi nõ prius is homo in eã valetudinem inciderit, propter quã operę eius inutiles factæ [k] ſunt. nã ne ſi vixiſſet quidem in ea valetudine, fructus eius tẽporis nomine æſtimari conueniret.

d *Oportet.* ſi bonę fidei es. ac ſi dicat, de percipiendis nõ teneris. & hoc ſubiicit, Paulus &c. ſecundum ſecundam poſitionem.

e *Nomine.* ſ. bonæ fidei. nam bo. fi. non tenetur de percipiendis, ſecundum ſecundam & tertiam expoſitionem.

f *Collecti.* ſ. tantùm: hoc eſt, in horreis recõditi: ſed etiam &c.

g *Continere.* ſ. inuicẽ. & ſic no. bo. fi. poſ. fieri dominũ fructuum ſtatim quòd à ſolo ſeparati ſunt: vt hîc: & ĩ. de acqu. re. do. l. bonę fidei. in prin. & ĩ. de vſur. l. qui ſcit. §. pręterea. idem in colono qui nummis colit: vt. ĩ. de fur. l. ſi apes. §. j. ſecus in fructuario: vt. ĩ. qui. mo. vſusfru. amit. l. fi. vſufructuarius.

S *I hominem.*] CASVS. Seruum meũ à te vindicabã. lit. conteſt. deceſſit. qđ percepiſti ex operis ei⁹ reſtituere debes: niſi diu ante lit. cõteſt. incepiſſet infirmari, & ita operę ſuę nullę fuerint, tunc pro operis illius temporis nihil præſtabis.

h *A me.* bo. fi. poſ. qui non erã in mora, & ſic interitu ſpeciei fui liberatus: aliàs de fructibus teneor: vt. ſ. eo. Iulianus li. vj. Digeſtorũ. §. j. & l. fructus. Vel dic ibi morã ĩducere periculũ rei. ĩ fructib⁹ autẽ erit qđ hîc dicit. qđ nõ placet: vt. d. l. Iulianus li. vj. Digeſtorum. &. l. fructus. Vel ibi culpa vel dolo poſſeſſoris periit: hîc nõ. ideoq; ibi in re tenetur, & ĩ fructib⁹ vſq; ad ſentẽtiã: hîc in re. & ſi nõ re. ſ. exiſtẽte propter moram, non tamen in fructu.

i *Fructus.* percepti & percipiendi poſt lit. cont. ex quo fuit ma. fi. & ſic etiam homine mortuo durauit officium: vt. s. eo. l. vtique. ſcilicet pro præterito tempore.

k *Factæ.* tũc enim nõ veniũt fruct⁹: vt. ĩ. de condic. trit. l. pe. in fi.

I *N rem.*] CASVS. Quilibet de leui poterit ſe liberare ab in rem act. quià negãdo ſe poſſidere, liberatur. ſed ſi poſtea appareat eum poſſidere, in petitorem transferenda eſt poſ. quamquã nõ probauerit de intentione ſua.

l *Non poßidere.* quãdo de hoc à iudice interrogatur: vt. ſ. eo. officium. & l. qui petitorio. Non tamen hoc dicendo perdit poſſeſſionem: quia voluntatem amittendi non habuit. Accurſius.

m *Per iudicem.* id eſt, per officium iudicis: vel condictionem ex. l. iſta. Et ſic punitur in tranſlatione poſſeſſionis propter mendaciũ: vt in authẽ. de triẽ. & ſemiſ. §. illud. col. iij. ſic. ĩ. quod cũ eo qui in aliena po. eſt. ſed ſi ex parte. §. j. Itẽ in pe. hereditatis, ſi ꝓbauero ipſum poſſidere ꝓ herede, vel ꝓ poſſeſſore, cum ipſe negauerit: vel ſi habeat pretium hereditatis, mittat in poſſeſſionẽ bonorum eius, ſecũdum Ioã. Sed nonne debet conueniri inſolidũ: vt. ĩ. de inter. act. de ętate. §. qui tacuit? Azo. reſpõ. illud in perſonali: hîc autem quando fuit ſciẽs: ignorãs autẽ nõ punitur: vt. C. de fur. l. fi. Itẽ no. ꝙ aget nunc, qui pri⁹ poſſidebat: vt in authen. prædicta de trien. & ſemiſ. §. illud. coll. iij. Itẽ hoc verum niſi fateatur: ita ꝙ actor in probando non grauetur: vt. ĩ. de iureiur. l. eũ qui. vt delato ſacramẽto petitori. Itẽ quid ſi incõtinẽti dicat hodie cõſtet &c. fortè idẽ ad inſtar aliorũ poſſeſſorũ: vt. ĩ. de Car. edict. l. iij. §. cauſæ. cũ in ſe transferat onus. De hoc tamẽ dic vt. C. qui pot. in pigno. ha. auth. item poſſeſſor.

Qui negat ſe poſſidere, non poteſt conueniri actione: ſed ſi conuincitur de mendacio transfertur poſſeſſio in actorem. Bartolus.

LXXX. FVRIVS *Anthianus libro primo ad Edictum.*

IN rem actionem pati non cõpellimur: quia licèt alicui dicere, ſe non poſſidere: [l] ita, vt ſi poſſit aduerſarius cõuincere rem ab aduerſario poſſideri, transferat ad ſe poſſeſſionem per iudicem, [m] licèt ſuã eſſe non adprobauerit.

## DE PVBLICIANA IN rem actione.

### TITVLVS II.

Iuriſconſultus primò ponit edictum: poſtea exponit illud. h. d. loco ſummarij. Bartolus.

I. VLPIANVS *libro ſextodecimo ad Edictum.*

AIt pretor: [n] *Si quis id quod traditur* [o] *ex iuſta cauſa* [p] *non à domino,* [q] *& nondum vſucaptum* [r] *petet iudiciũ* [ſ] *dabo.* Meritò prætor ait *nondum vſucaptum*: nam ſi vſucaptum eſt, habet

DE PVBLICIANA IN REM ACTIONE.

*Rei vindicatio ciuilis, de qua ſuperiore titulo actum eſt, proprietario cõpetit. Sed habet etiam rationem prætor eorũ qui proprietariis ſimiles ſunt, eiſque dat vindicationẽ nõ minus quã proprietariis, cuius generis ſunt bonæ fidei poſſeſſores, quibus omiſſa poſſeßione datur Publiciana in rẽ actio, à Publicio prætore primũ in edicto propoſita fictitia actio, ſicut poſſeßoria hereditatis petitio, & vt breuiter definiã, Publiciana actio eſt vtilis ſiue prætoria vindicatio quæ amiſſa poßeßione datur ei qui à non domino rem traditam ex iuſta cauſa adquirendi dominij bona fide accepit, nec dum vſucepit. Cuiac.*

n A*it pretor.* ſ. Publicius: vt inſti. de ac. §. aliæ. in fi. §.

o *Id quod traditur.* i. traditũ eſt. Sic oritur, id eſt ortus eſt. ſic. C. de epi. & cle. nulli. §. ſin autẽ perſona. Et hoc ſiue corporalis res ſit, ſiue incorporalis: vt. ĩ. e. ſi ego. §. ſi de vſufru.

p *Ex iuſta cauſa.* & vtroque habente animum transferendi dominium: aliàs enim non competeret hæc actio: vt. ĩ. eo. l. quocũque. §. j. Azo. & ĩ. de act. & obli: in omnibus. Accurſius.

q *A nõ domino.* quid aũt ſi dubito fuerit dñs actor me⁹, vel nõ? Reſpõ. ꝓponere Publicianã tuti⁹ eſt, vt credã eũ nõ dominũ, niſi aliud appareat: nã facili⁹ ꝓbabo: cũ ſufficiat dicere me emiſſe à nõ domino, nec enĩ habeo neceſſe probare illũ non fuiſſe dñm: vt. C. de proba. l. actor. in fi. & ſi reus probet venditorẽ fuiſſe dominũ, & ſic actor ſuccumbat: ꝓponat poſt directã rei vindi. Nec enim obſtabit ei rei iudi. excep. vt. ĩ. de euic. l. minor. §. ſi ſeruus. Vtrãque autẽ proponere ſimul nõ poſſũ, quia ſunt cõtrariæ: cũ vna domino, alia non domino detur: vt hîc, &. C. ſi ſeruus extero. l. j. & ĩ. de regu. iur. l. nemo ex his. §. quotiẽs. ĩ. communi diui. l. cõmuni diuidũdo. §. itẽ ſi duo ſunt. in fi. Sed quidã dicũt vẽditorẽ meum præſumi dominum: & per conſequẽs me: & ſic dicunt me debere in dubio eligere rei vind. directam. & pro eis. C. de proba. l. ij. Sed nos contra: vt in eo. ti. l. cum res. & arg. ĩ. de pigno. l. & quæ nondum ſunt. §. quod dicitur. Accurſius.

r *Vſucaptum.* vel præſcriptum.

ſ *Iudicium.* ſ. actionem Publicianam. aliàs autem ex edicto prętoris datur in factum, vbi ſpecificata non fuit: vt. ſ. nau. cau. ſta. l. & ita. §. ait prætor. & quod dicit, dabo. ſ. contra alium, nõ cõtra dominum: niſi in caſibus: vt. ĩ. e. l. pe. dices.

ciuilem actionem, [a] nec deſiderat honorariam: [b]

Ex quacūque cauſa iuſta transfertur poſſeſſio, competit Publiciana.h.d.vſque ad.l.eum qui.

Sed cur traditionis duntaxat & vſucapionis fecit mentionē, [c] cum ſatis multæ ſint iuris partes [d] quibus dominium quis nanciſceretur? [e] vt puta legatum, [f]

II. PAVLVS *libro nonodecimo ad Edictum.*

VEl mortis cauſa donationes factæ? [g] nam amiſſa poſſeſſione [h] competit Publiciana: quia ad exemplum legatorum capiuntur: [i]

III. VLPIANVS *libro ſextodecimo ad Edictum.*

SVnt & aliæ pleræque. [k] Ait prætor: [l] *Ex iuſta cauſa* [m] *petet.* Qui igitur iuſtam cauſam traditionis habet, vtitur Publiciana. Et non ſolùm emptori bonæ fidei competit Publiciana, ſed & aliis: vt puta ei cui dotis nomine tradita res eſt, necdum vſucapta. Eſt enim iuſtiſſima cauſa, ſiue æſtimata res in dotem data ſit, [n] ſiue non. Item ſi res ex cauſa iudicati ſit [o] tradita.

IIII. PAVLVS *libro decimonono ad Edictum.*

VEl ſoluendi cauſa, [p]

V. VLPIANVS *libro ſextodecimo ad Edictum.*

VEl ex cauſa noxæ deditionis, [q] ſiue vera cauſa ſit, ſiue falſa. B

VI. PAVLVS *libro decimonono ad Edictum.*

ITem ſi ſeruum ex cauſa noxali, quia non defendebatur, iuſſu prætoris duxero, [r] & amiſero poſſeſſionem: competit mihi Publiciana. [ſ]

VII. VLPIANVS *libro ſextodecimo ad Edictum.*

SEd & ſi res adiudicata ſit, [t] Publiciana actio competit. Si lis [u] fuerit æſtimata, ſimilis eſt venditioni: & ait [x] Iulianus libro vicenſimoſecundo Digeſtorum, ſi obtulit reus æſtimationem litis, Publicianam competere. [y] C

Titulus putatiuus inducit vſucapiendi condictionē, & per conſequens Publicianam. Bartolus.

a *Actionem*.ſ.directā in rē, ſi erat res mobilis: ſi immobilis, vtilem ſecundū nos: ſed ſecundū M. in vtroque caſu directā. Acc. A

b *Honorariam*.id eſt prætoriam: vt inſt. de iure nat. gen. & ciui. §. prætorū. imò & ſi vellet, nō poteſt eam intendere: vt ex edicto prætoris apparet. nam nō domino tantùm datur Publiciana.

c *Menſionem*. de vſuc. dixit expreſſè: de traditione tacitè. nam eoipſo quòd dixit à nō domino traditione facta nō transferri dominiū per cōſequēs dedit intelligere quòd facta à domino trāsferret dominium: vt infra de adquiren. re. do. l. traditio. Et ad hāc quæſtionem nō respondet: ſed reſpondebis tu. ĩ. proxi. l. ſunt & aliæ.

d *Partes*. id eſt cauſæ in partibus iuris deſignatæ. Azo.

e *Nanciſceretur*. de iure ciuili, & ſine poſſeſſione: vt ſtatim dices. ĩ. l. proxi. Accurſius.

f *Legatum*. vt & infra quemad. ſerui. amit. ſi partem. §. ſi per fundū. Accurſius.

g *VEl mortis cauſa donationes factæ?* ſcilicet à domino, nō adquiritur dominiū: ſed habet locū Publiciana traditiōe facta: & hoc dicit, nā &c. Vel etiam dic, non tradita poſſeſſione dari publicianā: vt daretur directa vindicatio ſi eſſet domin⁹ donator: vt. ĩ. eo cū ſpōſus. §. is cui. Vel qđ ibi dicit, habet locum quādo pro illa re teſtator habebat Publicianam. Accurſius.

h *Poſſeſſione*. rei mortis cauſa donatæ.

i *Capiuntur*. id eſt accipiuntur donationes cauſa mortis: vt. C. de donat. cau. mor. l. fin. niſi in caſibus, quos no. inſtitu. de don. §. j. Accurſius.

Dominium in multis caſibus ſine traditione adquiritur.

k *SVnt & aliæ pleræque*. ſcilicet cauſæ quibus adquiritur dominiū ſine poſſeſſione: vt heredis inſtitutionis: vt. ĩ. de adqui. poſ. l. cum heredes. Et bonorū poſſeſſionis: vt. ĩ. de bo. poſ. l. j. & p Trebel. reſtitutionis: vt. ĩ. ad Trebel. l. facta. Itē arrogationis: vt inſt. de adqui. per ar. §. j. Item cauſa libertatū cōſeruandarum addictionis: vt inſt. de eo cui lib. cau. bo. addi. §. j. & aliæ etiam ſunt, vt dixi. ſ̃. ti. j. ſi ager. Ideoque in omnibus his caſibus dominiū adquiritur ſine traditione & vſucapione: & ſic ceſſat Publiciana. ſi modò à domino habeat cauſam: aliàs cōpetit Publiciana, licèt traditio nō interuenerit: vt. ĩ. e. l. cum ſponſus. §. is cui. poſſunt etiam & aliæ notari cauſæ, ex quibus transfertur dominiū etiā ſine traditione: & ſic Publiciana datur, ſi habeat cauſam à non domino, etiam ſine traditione: vt. ĩ. eo. l. ſi ego. §. partus. &. §. idem ait ædibus. &. l. ſi ſeruus meus. Quare ergo hoc fecit prætor? Reſpōderi poteſt quòd ideo fecit, vt poneret exēplum nō vt alium denotaret in his in quibus eſt eadē æquitas: vt arg. ſ̃. de pe. her. item veniunt. §. ait ſenatus. & infra ad legem Aquil. ita vulneratus. in fi. &. ĩ. de iur. & fac. ign. l. regula. §. & licet. & infra de dam. infec. l. damni. ij. §. quod dictum. Vel dixit hos, quia illis modis frequentius accidit adquiri dominium: vt. C. de pac. l. traditionibus. Vel dic quòd verbum traditionis, omnia complectitur: interuenit enim in his quod pro traditione habetur, veluti aditio hereditatis. Vel dic, ſecundum Ir. ſatis fuit ponere hoc generale. ſ. ex iuſta cauſa: quæ omnes ti. quibus res naturaliter transfertur, complectitur.

l *Ait prætor*. ſcilicet in edicto ſupra poſito.

m *Ex iuſta cauſa*. i. titulo: vt inſti. de ac. §. aliæ. Accurſius.

n *Data ſit*. à non domino.

Publiciana quandoque cōtra dominum datur.

o *Sit tradita*. hoc caſu etiam cōtra dominum datur Public. ſi tamen à domino tradita ſit: quoniam nō trāſit dominium, etſi ſit dominus cōdemnatus: quia nō vt ſuam, ſed vt eius cui reſtituit reddit: vt. ĩ. de cōdic. cau. da. l. iij. §. ſubtilius. Secūdum hoc ergo ſi non erat dominus qui tradidit, non præſtitit inſtam cauſam vſucapiendi. nam ſi ſit dominus, vt dictū eſt, & tamen nō transfert dominium: ergo nec Publiciana locum habet, ſi nō ſit dominus. Secūdum hoc ergo in domino condemnato intelligitur. Vel dic ſecūdò quòd habet Publi. licèt cōdemnatus non fuerit domin⁹, nō tamē vſucapit, ſicut haberet ſi emiſſet rē pupilli, vel fiſci. Nec ob. quod dicitur. ĩ. de adquirē. poſſeſ. Pōponi⁹. §. ſi iuſſu. &. ĩ. de vſuca. l. nō ſolū §. ſi mihi. in quibus vſucapit: quia in illis nō actione in rem, ſed perſonali res petebatur. Vnde in. l. illa nō ſolū intelligēdū eſt ꝙ dicitur, ſi mihi Titi⁹ à quo petere volebā, perſonali actione tenebatur: puta exēpto: vnde iure ſubiūgitur de actione ex ſtipulatu. ſed ſecundū primā nō dominus fuit condēnat⁹. Vel dic ꝙ vſucapit: & Publi. locū habet: licèt domin⁹ ſit qui tradidit: non tamē trāsfertur hoc caſu dominiū: vt dictū eſt. Idem de eo qui emit à pupillo, vel furioſo: vt ĩ. pro emp. l. ij. §. Si à pupillo, &. §. ſi à furioſo. Et huic lecturæ eſt arg. vt prędicta. l. Pōponi⁹ refert. Alij dicūt, ꝙ videtur verum, ꝙ ſi res erat poſſeſſoris qui cōdēnatur, ex cauſa iudicati reſtituit, transfert dominiū, licèt nō tāquā ſuā reſtituat. & facit hoc rei iudi. auctoritas: vt. ar. ĩ. de re. eo. l. iij. §. itē quæri poteſt. & ſecundū hoc dices hîc qđ à nō domino fuit tradita. Et hāc approbo. Alij diſtinguūt, vtrū plenariè fuit de cauſa cognitū: vt tunc trāsferatur dominiū, & erat tradēs dominus, propter auctoritatē rei iudicatæ. vel ſi nō dominus, cōpetit Publ. aut ſummatim: vt tūc tātū pręſtetur iuſta cauſa vſucapiēdi: & præſtat arg. ĩ. de re iudi. à diuo. §. ſi ſuper. Vel dic, ſecūdū alios, ꝙ ſi res ex cauſa iudicati ſit tradita iuſſu iudicis, & ex ſecūdo decreto. ſ. primo captis pignorib⁹ ex cauſa iudicati, deinde ex ſecūdo decreto addictis: tunc habet locū Publiciana: arg. ĩ. de dam. infec. l. dāni. §. pe. & ſecundū iſtos duos loquitur in perſonali hæc lex. vel intellige quādo egi perſonali ad quātitatem, & fui miſſus in poſſeſſionem: vt. C. de exe. rei iudic. l. ordo. & emptore non inuento datur mihi in ſolutum vſi à poſſeſſione cadam, reuocem per Publicianam. D

p *VEl ſoluendi cauſa*. Puta alia re pro debito: vt. ĩ. pro ſol. l. j.

q *VEl ex cauſa. Deditionis*. etiam contra dominum: vt infra de noxa. l. & generaliter.

r *ITem ſi. Duxero*. quod facere poſſum ſecundo decreto īteruenīente: vt ſupra ſi ex noxa. cau. aga. l. ij. §. fi. aliter enim nec dominium, nec poſſeſſio quæri videtur: vt infra de dam. infec. ſi finit. §. Iulianus. &. §. non autem. Vel verius, hîc non exigitur ſecundum decretum. Azo. E

ſ *Publiciana*. ſic & in domo tradita ex cauſa damni infecti: vt. ĩ. de dam. infec. l. damni. §. pe. Accurſius.

t *SEd & ſi res adiudicata ſit*. in actione cōmuni diui. vel famil. erciſcun. facta traditione. Alioquin datur actio in factū, vel cōdictio ex lege: vt. ĩ. e. l. traditionē. &. ĩ. de vſuc. ſi per errorem. &. C. de arb. l. ne in arbitris. §. ſed & ſi ipſe. Hoc enim innuit verbū, adiudicata, ſcilicet quòd loquatur de iudicio diuiſorio: vt inſt. de. de offi. iud. §. eadē. verſi. quòd ſi cōmodè. & §.. ſi finiū. & per hoc differt ab eo quod dixi. ſ̃. e. l. iij. in fi.

u *Si lis æſtimata fuerit*. à iudice: vt. ſ̃. ti. j. l. eius. &. ĩ. commo. ſi vt certo. §. j. &. ĩ. pro empt. litis. & infra depo. ſi fideiuſſor. & infra re. amo. ſi propter. & infra ad Trebel. l. facta. §. j.

x *Et ait*. ſubaudi, & ideo &c.

y *Competere*. ſi præſens erat: vel habita poſſeſſione. ſ. poſtea: & amiſſa, vt in directa. Accurſius.

. . Marcellus libro ſeptimodecimo Digeſtorum ſcribit, eũ qui [a] à furioſo ignorãs eũ furere, emit, poſſe vſucapere. ergo [b] & Publicianam habebit.

**Titulus lucratiuus inducit Publicianam. Bartolus.**

Sed & ſi quis ex lucratiuis cauſis rem acceperit, [c] habet Publicianam: quæ etiam aduerſus donatorem competit. eſt enim iuſtus poſſeſſor [d] & petitor, [e] qui liberalitatem accepit. Si à minore [f] quis emerit ignorans [g] eum minorẽ eſſe, habet publicianam. Sed & ſi permutatio facta ſit, eadem actio competit. Publiciana [h] actio ad inſtar proprietatis, non ad inſtar [i] poſſeſſionis reſpicit.

**Retradita ex iureiurando, competit Publiciana. Bartolus.**

Si petenti mihi rem, iuſiurandum detuleris, [k] egóque iurauero rem meam eſſe, cõpetit [l] Publiciana mihi: ſed aduerſus te dũtaxat. [m] Etenim [n] ſoli nocere debet iuſiurandum, qui detulit. Sed ſi poſſeſſori delatum erit iuſiurandum, & iurauerit rem petitoris nõ eſſe: aduerſus eum ſolum petentem exceptione vtetur, non vt & habeat actionem. In Publiciana actione omnia eadem erunt quæ & in rei vindicatione diximus. [o] Hęc actio & heredi, [p] & * honorariis ſucceſſoribus competit. Si ego non emero, ſed ſeruus meus: habebo Publicianam. Idem eſt & ſi procurator meus vel tutor vel curator vel quis alius negotium meum gerens, [q] emerit.

**Hæc actio competit emptori bon. fi. licèt vẽditor habuerit malam fidem. Item competit heredi inſpecta fide defuncti. Itẽ domino inſpecta fide ſerui ementis. Bartolus.**

Prætor ait: [r] *Qui bona fide emit.* Nõ igitur [ſ] omnis emptio proderit, ſed ea quæ bonã fidem habet. proinde hoc ſufficit, me bonæ fidei emptorẽ fuiſſe, quamuis nõ à domino emerim: licèt ille callido conſilio vendiderit. Neque enim dolus [t] venditoris mihi nocebit. In hac actione non oberit mihi ſi ſucceſſor ſum, [u] & dolo feci, cum is in cuius locum ſucceſsi, bona fide emiſſet. Nec proderit [x] ſi dolo careo, cum emptor cui ſucceſsi, dolo feciſſet. Sed enim ſi ſeruus meus emerit, dolus eius erit ſpectandus non meus: [y] vel contra. [z] Publiciana tempus [a]

a *Eum qui.* Aliàs. l. & aliàs. §.

b *Ergo.* locus à communiter accidẽtibus. quæcunque enim res vſucapitur, eadem & Publiciana peti poteſt: vt hîc. Fallit tamen hoc argumentum antecedente deſtructo. nam quædã ſunt quæ nõ vſucapiuntur, & tamen Publiciana competit: vt infra eo. cũ ſponſus. §. in vectigalib⁹. Sed videtur Publicianam actionem non dari: vt. j. pro empt. l. ij. §. ſi à furioſo. quę eſt contra. Solu. hîc de æquitate: vel hîc res quę furioſi non erat, tradita eſt, ſcilicet cuius bonæ fi. poſ. fuit. ibi verò res furioſi erat. ſed hoc nõ valet: vt. j. de re. eo. l. magis. §. j. Dic ergo, quòd hîc dicit dari actionẽ cõtra extraneũ: ibi dicit nõ dari contra ipſum furioſum: vt arg. C. de prædiis mino. & ſi is.

c *Rem acceperit.* à non domino.

d *Poſſeſſor.* id eſt, ſi poſſideat.

e *Petitor.* ſi non poſſidet.

f *Si à minore.* etiam pupillo. Accurſius.

g *Ignorans.* aliter ſi in iure errauit: vt. infra de vſuca. pro empt. l. ij. §. ſi à pupillo. Accur.

h *Publiciana.* etiam ſi curatorem habeat: & etiã ſi res ſit immobilis: non tamen vſucapi poteſt, ſi pupilli eſt: vt infra. e. cum ſpõſus. §. ſi res. quæ eſt contra. Sol. vt ibi.

i *Non ad inſtar.* id eſt non ad inſtar interdictorum pro poſſeſſione retinenda introductorum. vt enim rei vindica. nõ datur alicui ideo quia poſſedit, ſed opus eſt vt cauſam probet vnde ad eũ dominiũ peruenit: ita & in Publiciana. ſed. P. dixit quòd ſufficit probari aliquando poſſediſſe. ſunt etiã quædam interdicta, quæ inſtar proprietatis obtinent: vt de lib. exhi. in quo probat quis ſe patrẽ: & alia quædam quæ ſunt numerata. j. de interdi. l. ij. §. quædam.

k *Detuleris.* tu non dominus.

l *Competit mihi Publiciana.* imò videtur quòd debeat competere vtilis rei vin. ſicut vtilis ex empto: cum iuraui te mihi vendidiſſe: vt. j. de iureiu. ſi duos. §. pe. Reſpon. verum eſſe. & hæc Publi. eſt eadem cum illa vtili in rem: vt ar. s. ti. j. l. iij. in fi. j. reſpon. Vel verius, aliud eſt cum iuro rem meã eſſe: aliud cum ex aliquo contractu ad me pertinere: & ſic iuraui hîc rem meam vel refert deferat dominus, vel non dominus. Itẽ nõ videtur aliqua actio dari, ſi à poſſeſſione cadat qui iurauit: vt infra de iureiu. l. nam poſtea. in fi. & l. ſed & ſi poſſeſſori. ij. reſpon. quæ eſt contra. Solu. ibi poſſeſſor, hîc petitor iurauit. vel plenè dicas vt ibi diximus. Accurſius.

m *Duntaxat.* cur nõ contra omnes: vt inſt. de act. §. aliæ. Reſpõ. verbum dumtaxat, non ideo ponitur, vt omnes cęteros rei poſſeſſores excludat: ſed vt excludat dominum rei cui Publiciana nõ ob: vt. j. eo. l. penul. Sic exponitur verbum, ſolus, vbi dicit ꝙ ſolus princeps facit, id eſt, ipſe ſolus: & nõ alius ſolus. nõ autem ſenatum excludit: vt. C. de le. & con. l. fi. ſimile verbum eſt. j. de iureiu. l. non erit. §. dato. & l. nam poſtea. §. iureiurando.

n *Ei enim.* q. d. non domino rei. Azo.

o *Diximus.* ſ. de dolo, & culpa, ſeu mora: & de damnis & fructibus, & impenſis reſtituendis. & no. bene hunc. §.

p *Et heredi.* non vt heredi: vt infra ad exhi. de eo. §. fi. vel aliud in hac quàm in directa.

q *Gerens.* cum ego ratum habuero: vt ſupra de nego. geſt. l. ſi ego. Azo.

r *Prætor ait.* non in hoc edicto.

A ſ *Non igitur.* quia quod in vno permiſit, in cæteris prohibuiſſe videtur: vt. C. de procurato. maritus. Azo.

t *Neque enim dolus.* & ſic eſt perſonale vitium: quare non obſtat emptori: vt infra de do. ma. exce. apud Celſum. §. de auctoris. ſecus ſi eſſet vitium reale: vt. C. de adqui. poſ. l. vitia. ſed hodie malæ fid. &c. vt in auth. vt ſpon. lar. §. rurſus col. ix.

u *Si ſucceſſor ſum.* ſcilicet vniuerſalis.

x *Nec proderit.* ſcilicet mihi bona fides. Et ſic no. hîc extraneum heredẽ non poſſe vſucapere, quod defunctus nõ potuit propter malam fidẽ, quam habebat: licèt res non ſit vitioſa, vel aliàs ei⁹ vſucap. inhibita: quia heres eſt ſucceſſor vitiorũ & culpæ defuncti: vt. j. de vſuc. ſequitur. §. heres. & de diuer. & temp. præſcri. cum heres. & C. de fru. & li. expen. l. ij. & j. e. l. ſi ego. §. part⁹. Itẽ quia eadem cenſetur eſſe perſona: vt in authen. de iureiur. à mo. præ. §. j. col. v. Idem in ſuo herede multo fortius: vt j. de lib. & poſthu. in ſuis. & inſti. de he. qua. & dif. §. ſui. Extraneus autẽ vſucapit pro herede, vbi ſolus tit. defũcto deficiebat. & ſic loquitur titu. pro herede. Alij dicunt extraneum poſſe vſucapere ꝓ herede: licèt defunctus non, propter malam fidem ſolã: & habent pro ſe ar. multa: quibus reſpondebimus iã. j. in. l. ſi ego. §. partus. Item no. hîc, ꝙ in ſucceſſore diſtinguitur: ſit vniuerſalis, vel ſingularis. nam vni- D uerſalis non vſucapit, licèt bonã fidem habeat: quod defunctus mala fide obſtãte vſucapere impediebatur. porro ſi defunctus vſucapiebat heredis mala fides ad implendã vſuca. nõ obſtat: vt hîc, & infra pro empto. l. ij. §. ſi defunctus. niſi ipſi de nouo ſit tradita poſſeſſio, ſecundò mala fide accipienti: vt infra de vſuc. l. heres eius. Singularis autẽ ſucceſſor vel emptor non ꝓhibetur vſucapere, ſi & bo. fi. & iuſtum ti. habeat, quod vẽditor propter malã fidem vſucapere impediebatur: licèt hodie per auth. ſit ſecus: vt modò dixi. Et econtra, ſi emptor habeat à principio malã fidẽ, non vſucapit, quod venditor bonam fidem habens à principio vſucapiebat: vt infra pro empt. l. ij. §. ſi eam rem. Hoc idem & in legatario dico: vt infra de diuer. & tempo. præſcrip. an vitium. nam & ipſe ſingularis eſt ſucceſſor.

* Flo. & in honora.

Succeſſor an poſſit vſucapere quod defũctus nõ potuit.

y *Non meus.* vt infra de contrahen. emp. l. in huiuſmodi. & infra de ædil. edic. l. cum mancipium. Et not. ex prædictis in hoc. §. quòd vbi ceſſat vſucapio, & Publicia. & vbi vnũ locum habet, E & reliquum: vt hîc, & ſupra ea. l. in princip.

Publiciana ceſſat vbi & vſucap. & econtra.

z *Contra.* bona fides eius, non mea. ADDITIO. Ex hoc ſume argu. quòd inſpiciatur bona fides procuratoris, & non domini: & filij, & non patris: & eſt ratio, quia titu. fundatur in perſona ipſius contrahentis: ergo adquirens habet vti adminiculo ex perſona eius: vt infra de act. & obli. l. quæcunque gerimus. ſecundum Baldum.

a *Publiciana tẽpus.* emptionis & traditionis: alioquin finis huius legis eſſet contrarius huic. §. & infra. l. proxi. & infra pro ſol. l. iij. & infra pro empto. l. ij. in prin. & infra de vſuca. ſi aliena. in quibus omnibus dicitur etiam tempus traditionis inſpici. Item in vẽditione hæc duo tẽpora ſpectãtur. ſ. tẽpus cõtractus & traditionis quo ad vſucapionem: in aliis autem cõtractibus ſolum tempus traditionis, vt bonam fidem exigat. vnde & quo ad Publicianam idem ſit, quod in aliis, vt ſufficiat vnũ tempus: vt infra pro ſoluto. l. iij. & pro empto. l. ij. j. reſpon.

emptionis continet:[a] & ideo neque quod ante emptionem, neque quod poſtea dolo malo factũ eſt, in hac actione[b] deduci[c] Pomponio videtur.

Vt Publiciana competat, requiritur titulus & traditio facta reſpectis eiuſdem tituli: & bona fides tempore traditionis. Bartolus.

Bonam autem fidem ſolius emptoris continet. Vt igitur Publiciana competat, hæc debent concurrere: vt & bona fide quis emerit: & ei res empta eo nomine ſit tradita. Cæterùm ante traditionẽ, quamuis bonæ fidei quis emptor ſit, experiri Publiciana non poterit.[d] Iulianus libro ſeptimo Digeſtorum ſcripſit, traditionem rei emptæ oportere bona fide[e] fieri: ideoque ſi ſciens alienam poſſeſſionem adprehendit, Publiciana eum experiri nõ poſſe: quia vſucapere[f] nõ poterit. Nec quiſquam putet hoc nos exiſtimare, ſufficere initio[g] traditionis ignoraſſe rem alienam, vti poſſit Publiciana experiri: ſed oportere[h] & tunc * bona fide emptorem eſſe:

Vbi lex non diſtinguit, neque nos diſtinguere debemus. Bart.

VIII. GAIVS *libro ſeptimo ad Edictum prouinciale.*

DE pretio verò ſoluto nihil exprimitur: vnde poteſt coniectura capi, quaſi nec ſententia prætoris ea ſit, vt requiratur an ſolutum ſit pretium.[i]

Sufficit quòd res ſit tradita, vel pro tradita habita. Item ſufficit rẽ eſſe emptam, vel in re empta contineri. Bartolus.

IX. VLPIANVS *libro ſextodecimo ad Edictum.*

B SIue autem emptori res tradita eſt, ſiue heredi emptori, Publiciana competit actio. Si quis rem apud ſe depoſitam vel ſibi commodatam[k] emerit, vel pignori ſibi datam, pro tradita erit accipienda, ſi poſt emptionem apud eum remanſit. Sed & ſi præceſsit traditio emptionem,[l] idem erit dicendum. Item ſi hereditatem emero, & traditam mihi rem hereditariam petere velim Neratius eſſe ſcribit Publiciana.[m]

C Pluribus ementibus ab eodem, potior eſt cui traditio facta eſt: ſi à diuerſis, præfertur poſſeſſor. Bartolus

Si duobus quis ſeparatim[n] vendiderit bona fide ementibus, videamus quis magis Publiciana vti poſsit: vtrum is cui priori[o] res tradita eſt: an is qui tantum emit. Et Iulianus libro ſeptimo Digeſtorum ſcripſit, vt ſi quidem ab eodem nõ domino emerint: potior ſit cui priori res tradita eſt. quòd ſi à diuerſis nõ domi-
D nis, melior cauſa ſit poſsidentis quã petentis.[p] quæ ſententia vera eſt. Hæc actio in his quæ vſucapi non poſſunt,[q] puta furtiuis,

a *Continet*. vt bonam fidem exigat.

b *Actione*. impedienda. Accurſius.

c *Deduci*. quia quamuis ſciat alienam, nihilominus vſucapit: vt infra de adquiren. re. do. bonæ fidei. §. in contrarium. ergo Publicianam habet. Accurſius.

d *Non poterit*. ſi modo fuerit malæ fidei tempore emptionis, vel traditionis. Accurſius.

e *Bona fide*. ex parte emptoris. Accurſius.

f *Quia vſucapere*. hæc eſt bona ratio, vt. j. eo. l. cum ſponſus. §. ſi res. & ſupra. l. proxi. eum qui. in princi. ſed contra. j. eo. cum ſponſus. §. in vectigalibus.

g *Initio*. quod videretur: vt arg. C. de fal. ex initio. Accurſius.

h *Sed oportere & tunc*. ſcilicet cum experitur, ſecũdũ quoſdam: arg. §. partus. j. e. l. ſi ego. qd reproba: quia ſciẽtia poſt traditionẽ non obeſt. s. l. proxi. §. Publiciana. Dic ergo tũc, ſcilicet cum venditur. & ſic duobus temporibus debet habere bonam fidem: vt modo diximus. in. §. Publiciana.

i DE *pretio. Pretium*. eadẽ ratione ergo nec de ſatiſdatione alia quæritur: ſed ſecus in directa rei vin. vt. C. de rei vin. l. quotiens. & inſti. de re. di. §. venditæ. &. j. tribu. l. procuratoris. §. penul. &. j. de contrahen. emp. l. quod vẽdidi. Item no. quòd vbi lex non diſtinguit, nec nos diſtinguere debem⁹. Vel vbi aliquid ſtatuit, nos vltra non procedimus: vt hîc, & ſupra de iudi. l. ij. §. conuenire. in fin. §. & de poſtu. quos prohibet. & de offi. preſi. l. iij. &. j. de aleato. l. j. §. quod verò & infra ſi mẽ. fal. mo. di. l. j. §. ſed ſi mercedem. &. j. ſol. matri. ſi verò negotium. §. pe. &. j. de verb ob. l. quicquid. in princi. & infra de vi & vi ar. l. j. §. quodautem ait prætor. & infra de euic. ſi rem quã. §. fi. &. C. de cad. tol. §. ſinautẽ ad deficientis. in fi. l. &. j. decẽ. l. forma. ecõtra, quia ſupplere debemus: vt infra de teſti. quæſitũ. & ſupra quib. ex cau. ma. l. ab hoſtibus. §. ſed quod ſimpliciter. & ſupra de arbi. l. licet autem. & infra de leg. præ. l. j. §. generaliter. & ſupra de offi. aſſeſſ. liberti. & infra de præſcr. verb. quia actionum. & l. qui ſeruandarum. in fi. & infra de ſpõ. l. oratio. Sol. vbi lex eſt quæ generaliter loquitur, nec eſt alia ſpecialis quæ de materia illa loquitur: tunc obtinet primum: vt infra ſi à pa. quis fue. ma. l. patri. ſi verò ſit ſpecialis, quę plus dicit in aliquo quã generalis: tũc quod omiſſum eſt à lege, ſcilicet generali, non eſt omittendum &c. vt in ſecũdo. ſed eſt argu. cõtra. extra. de offi. & pote. iudi. dele. c. præterea.

* Hunc, legendũ putauit Duaren⁹ vt ſit ſenſus, oportere hunc cui res bona fide tradita eſt: bona fide quoque emiſſe. quæ emẽdatio difficultatẽ eã tollit quæ ex verbo tunc apud Accurſium erit, & breuiter cõplectitur vtrumque tẽpus quod in eo deſideratur, qui actu rus eſt Publiciana.

k SIue *autem. Commodatam*. cum præſens ſit, vt dixi ſupra ti. j. l. eius rei. Et nota quòd differunt in hoc hæc duo reſponſa huius. §. quia in primo poſt venditionem rei fuit cõmodata res emptori: in ſecundo præceſſit commodatum. ſecundũ Azo. Vel dic quòd in vtroque præceſſit: ſed in primo ex cõmodati cauſa, vel ſimili: in ſecundo ex cauſa emptionis conditionaliter factæ, quæ conditio poſtea extitit: & tunc videtur fieri venditio: & ſic præceſſit traditio: vt infra de ſole. l. ſub conditione. vel tradidit poſtea venditurus. Et facit ad. §. inſti. de rerum diuiſione. §. interdum. &. j. de adquirẽ. rerũ dominio. qua ratione. §. interdũ.

A l *Emptionem*. id eſt exiſtentiam conditionis.

m *Publicianam*. contra videbatur, quia licèt hereditatem emerim, non tamen ſingulas res emi. vnde pro ſingulis de euictione non ago: vt. C. de euic. l. j. Sed tamen ago Publi. vt hîc, quia cum tradidit, videtur adfirmaſſe quòd fuerit hereditaria. Accurſius.

n *Separatim*. aliàs eſſet communis.

o *Priori*. id eſt prius: nomen pro aduerbio.

p *Petentis*. niſi duo nõ domini pro vno habeantur: vt patet ibi in hac diſtinctione, diſtrahitur eadem res duobus inſolidum: quandoque ab vno qui fuit dominus: & tunc qui prius traditionem nactus eſt, petitor eſt, ſi tamen ſoluerit pretiũ: vt. C. de rei vin. l. quotiẽs. & inſtitu. de re. diui. §. vẽditæ. niſi prior priuilegiatus eſſet, vt eccleſia: vt. C. de ſacroſan. eccle. l. fin. Quandoque ab vno nõ domino: & tunc idem: vt tamen non diſtinguatur ſit pretium ſolutũ, vel non: licèt quidam diſtinxerit ſit ſolutum, vel non: & probantur hæc ſupra e. l. de pretio. & hîc quandoque ab vno non domino vni, & eodem poſtea domino alteri: & tunc idem erit. Et hoc eſt notabile hoc caſu, qđ Publiciana præfertur directæ rei vin. contra regulam: vt ſupra de rei vin. ſi à Titio. & infra. e. l. pe. & fina. Quãdoque à diuerſis non dominis & tunc ſi cõtra tertium, idem: ſed inter ſe potior eſt poſſeſſor: vt hic, & infra de act. empt. l. ſi ea res. §. fi. & de pigno. ſi debitor. hoc niſi diuerſi non domini pro vno tantum computentur: vt ſi ego emi à Titio, & per traditionem accepi: tu poſtea emis & accipis ab eodem: deinde alij vendis & tradis: ſicut tu vinceris à me, ita & ille cui vendiſti, quia nihil plus quàm habes, in eum potuiſti tranferre de pretio. nam & aliàs dicitur heres heredis &c. vt infra de regul. iuris. l. in omnibus officiis. §. non debeo. & l. quod ipſis. &. C. de heredi. inſti. l. fin. ſic & emptor qui emit ab emptore, à primo emiſſe videtur: & eiſdem vtitur defenſionibus, & obtinet locum heredis: vt. C. de euictio. l. emptori. & infra de contrahenda emptione. l. dolia. §. j. & infra de vſucapio-
E nibus. l. id tempus. §. j. Quandoque ab vno domino, & ab altero non domino: & tunc qui à domino habet cauſam, potior eſt: vt infra de actio. empti. l. ſi ea res. in fine. Niſi non dominus à domino ius diſtrahendi haberet: vt ſi debitor vni creditor alij diſtrahat: vt infra de diuer. & tempo. præſcrip. l. de acceſſionibus. §. fin. Azo. Et no. quòd ſimilis diſtinctio quæ fit hîc, fit & in pignore: vt infra qui po. in pig. ha. l. ſi non dominus.

Publiciana quandoque rei vin. præfertur.

q *Non poſſunt*. propter ſui vitium: vt ſubiicit. idem ſi per legem ſit inhibita alienatio, & ſic vſucapio: vt infra eo. cum ſponſus. §. ſi res. Cæterùm aliæ quæ vſucapi poſſunt in præiudicium priuatorum, licèt non vſucapiantur in præiudicium fiſci, per Publicianam peti poſſunt, ſi bo. fi. accepit qui petit: vt infra. e. cum ſponſus. §. in vectigalibus. Item ſi quis in facto errans fortè emit à pupillo rẽ eius, cuius alienatio eſt inhibita, ſiue decreto. Item nec ſeruitutes, quæ non habent perpetuam cauſam, vſucapiuntur:

UNED

piuntur: tamen per hanc actionẽ petuntur: vt. ȷ̄. e. l. ſi ego. §. j. H.
a *Fugitiuo*. qui ſui furtum facit: vt. C. de ſer. fugi. l. j. Azo.
b *Poſſediſſet*. licèt nõ poſſederit: quia in hoc caſu ſi ex peculio acquiſiuit, primordium vſuca. eſt tempus aditæ hereditatis: vt. ȷ̄. de vſuca. l. ſi. §. fi. & ſic datur heredi, cui nũquam poſſeſſio fuit quæſita: vt. ȷ̄. e. l. cum ſponſus. §. is cui. Dominiũ autem hereditati acquireretur ſi fuiſſet dominus tradens: ſed poſſeſſio ei acquiri non poteſt: vt infra ſi quis teſta. li. eſſe iuſ. l. j. §. Scæuola. Accuſius.
c *Siue peculiari. Siue non*. dummodo nomine municipum.
d *Si ego. Alij*. cui donare volui: alioquin ſi vt procuratori dare iuſſi, mihi dabit. vt enim directũ, ita & vtile dominium poteſt mihi quæri per procuratorẽ vtroq; hoc geſtiẽte, vel etiã tradẽte tantũ, vt. ȷ̄. de dona. l. qui mihi. procuratori verò dari non poſſet Publiciana, cum titulum nõ haberet. Accurſius.
e *Publiciana*. alias incipit hîc lex: alias non.
f *Tradito*. ſcilicet ab aliquo in fũdo qui ſuus non erat.
g *Per patientiam*. quæ in ſeruitute cõſtituenda pro traditione habetur: vt. ȷ̄. de ſerui. ruſti. prædi. l. j. §. fi. & de ſer. l. quotiens. j. §. ſeruitutum. &. l. penultima. &. ȷ̄. de vſufr. l. iij. circa principium.
h *Quà ſuam*. quo ad opinionem. ſic. s̄. de peti. here. pro herede. §. ſed enim. &. ȷ̄. de do. ma. except. apud Celſum. §. ſi quis non tutor. Azor.

vel in ſeruo fugitiuo [a] locum nõ habet. Si ſeruus hereditarius ante aditam hereditatem aliquã rem emerit, & traditam ſibi poſſeſſionem amiſerit: rectè heres Publiciana vtitur, quaſi ipſe poſſediſſet.[b] Municipes quoque quorum ſeruo res tradita eſt in eadem erũt conditione:

x. PAVLVS *libro nonodecimo ad Edictum*.

Siue peculiari nomine ſeruus emerit, ſiue non.[c]

xi. VLPIANVS *libro ſextodecimo ad Edictum*.

Si ergo emi, & mea voluntate alij [d] res ſit tradita: imperator Seuerus reſcripſit, Publicianam [e] illi dandam.

Pro ſeruitutibus realibus & perſonalibus habet locũ Publiciana. Bartolus.

Si de vſufructu agatur tradito, [f] Publiciana datur. Itemq; ſeruitutibus vrbanorũ prædiorũ per traditionẽ conſtitutis, vel per patientiã, [g] fortè ſi per domũ quis ſuã [h] paſſus eſt aquæductũ trãſduci. Itẽ ruſticorũ. nam & hîc traditionem & patientiam tuendam conſtat.

Difficilis eſt, & hoc dicit, Vitiũ furtiuitatis impedit Publicianam in re furtiua, & partu eius apud furem, & eius ſucceſſorẽ vniuerſalem: ſed apud ſucceſſorem ſingularem titulo oneroſo vel lucratiuo, non impeditur vſucapio nec Publiciana in partu, & partu partus. Bartolus.

Partus ancillæ furtiuæ qui apud bonæ fidei emptorem cõceptus [i] eſt, per hanc actionẽ petendus eſt: etiam [k] ſi ab eo qui emit, [l] poſſeſſus non eſt.[m] Sed heres furis hãc actionem [n] non habet, quia vitiorum defuncti ſucceſſor eſt.[o] Interdum [p] tamen licet furtiua mater diſtracta non ſit, ſed donata ignoranti mihi, & apud me conceperit & pepererit, competit mihi in partu Publiciana, vt Iulianus ait: [q] ſi modò eo tẽpore quo experiar, † furtiuam matrẽ ignorem.[r] Idem Iulianus generaliter dicit, ex qua cauſa [ſ] matrem vſucapere poſſem ſi furtiua nõ eſſet: ex ea cauſa partũ me vſucapere [t] ſi furtiuam eſſe matrem ignorabã.[u] Ex omnibus igitur caſibus [x] Publicianam habebo. Idem eſt & ſi ex partu partus eſt, etſi non natus, ſed poſt mortem matris exſecto ventre eius extractus eſt: vt & Pomponius libro quadrageſimo ſcripſit.

Quod de re empta eſt, vel rei emptę accedit, poteſt peti per Publi-

ximè. Licèt quidam dicant in emptore tantùm, & donatore. Ac.
r *Ignorem*. alioquin impeditur vſucapio partus, niſi quando denunciauit: vt infra pro ſuo. l. ſi ancillam. Et ſic non haberet Publicianam cum ceſſat vſucapio. Item collige hîc argumẽtum pro his qui dicunt conſiderari in Publiciana bonam fidem, etiã tempore quo agitur: vt & xi ſupra eodem. l. traditionem. in fine. Nos contra: & hîc ſubaudi, maximè. ſic &. ȷ̄. pro ſocio. l. ſi non fuerint. in principio. poteſt & aliter ſolui: vt dicta. l. ſi ancillam.
ſ *Ex qua cauſa*. id eſt titulo.
t *Partum me vſucapere*. apud me cõceptum & natum: cum mater ſcilicet eſt furtiua. Azo. Nunquid ergo ex cauſa emptionis vſucapio partum apud me conceptum & editũ ex matre empta? Reſpõ. non: quia aut eſt pars matris: & tunc quaſi furtiuus nõ vſucaperetur. aut nõ: quod verũ eſt: vt. ȷ̄. pro ſuo. l. ij. & tũc ſimiliter eodẽ titu. non vſucapitur, quo mater: vt infra de vſucapionibus. l. ſi aliena. §. finali. Reſtat ergo vt titulo pro ſuo vſucapiatur, & ſic ex vno titulo oritur alius. Eſt ergo eadem cauſa qua agimus, quo ad genus, non quo ad ſpeciem. Vel dic, eadẽ cauſa id eſt occaſione. ſic. ȷ̄. de incen. rui. naufra. l. j. §. primo.
u *Ignorabam*. ſ. tempore concipiẽdi & pariẽdi. & vt plenè de hoc partu videas, dic quòd ſi prægnantem ancillam ſurripio, vel non prægnantẽ, quę tamen apud me cõceperit & pepererit, partus eſt furtiuus: & eius nomine actio furti datur. ſi verò apud me conceperit, peperit autem apud bonæ fi. poſſ. furtiuus eſt: ſed eius nomine non datur actio furti. Idẽmque dico in vacca furtiua, non obſtante eo quod dicitur infra de vſucap. l. ſi aliena. §. fina. vbi dicitur poſſe vſucapi editum apud bonæ fidei poſſeſ. quia illud dico corrigi per. l. infra de furt. l. qui vas. §. ſi ancilla. vel ibi concepit apud heredem defuncti: ſed peperit apud bonæ fi. poſſ. & in his caſibus certum eſt partum vel fœtum vſucapi non poſſe obſtante vitio rei. ſi verò eitam concepit & peperit apud bo. fi. emptorem, nõ eſt furtiuus, nec eius nomine competit actio furti. Et ſi quæras an poſſit ab eo vſucapi: attende an ſciuit matrem alienam vel furtiuam antequam conciperet: & tunc non vſucapit: an poſt: & tunc ſi ſciat ſimpliciter alienam, & non furtiuam, non impeditur vſucapio: vt. ȷ̄. de vſucap. l. ſequitur. §. de illo. ibi, ſed & ſi, &c. &. §. ſi antequam. &. l. iuſto. §. & ſi poſſeſſionis. &. C. de fur. l. ancillæ. & pro emp. l. ij. Si verò antequã pariat, ſciat furtiuam, impeditur vſucapio, niſi dominum certiorauerit cum poſſit: aliàs non impeditur vſucapio: vt. ȷ̄. pro ſuo. l. ſi ancillam. Et ſic no. quòd poſterior ſcientia in partu impedit vſucapionem. quod eſt ſpeciale: quia in eo non habeo tit. aliàs non eſſet ita: vt. C. de vſuca. transfor. l. j. §. hoc proculdubio.
x *Caſibus*. ſ. prædictis. Item hîc not. quòd M. & quidam alij dixerunt heredẽ vſucapere poſſe quod defunctus ma. fi. poſſedit: cũ ipſe heres putet rẽ fuiſſe defuncti: & argumentantur in hunc modũ: res iſta eſt vſucapibilis. hic extraneus heres poſſidet bo. fi. & iuſto ti. ſ. pro herede: ergo vſucapit. Reſpon. contra errores eorũ: & dico quòd non eſt verum quòd bo. fi. poſſideat: quia ſua ignorantia præſumitur ſcientia: vt. ȷ̄. de diuer. & temp. præſcri. l. cum heres. Item ſucceſſor vitiorum & culpæ defuncti eſt: vt. C. de fruct. & lit. expen. l. litigator. &. s̄. proxi. Sed ipſi reſpõdẽt, verum eſt hoc ſi velit computare tempus heres quo defunctus poſſedit: ee

† Quidam vir doctiſſimus emendat, quo & pariat. Sed eam emendationẽ non admitto. argum. l. 4. ȷ̄. pro ſuo. & aliis argumentis.

Ignorantia quandoque præſumitur ſcientia.

i *Conceptus*. non ita ſi prægnans ſurrepta fuerit: vt ſupra de ſtat. ho. l. penult. §. præterea.
k *Etiam*. multo magis ſi poſſedit: vt. ȷ̄. de vſuca. l. non ſolum.
l *Emit*. ſcilicet matrem. ſic. s̄. eo. l. eum qui. §. in hac. Accurſius.
m *Poſſeſſus non eſt*. quia peperit apud alium bonæ fi. poſſ. vt enim directum in partu mihi quæritur dominium, ſi mea eſſet ancilla, apud quẽcunque ipſa pareret: ita & Publiciana mihi debet quæri, ſi titulum habeo in ancilla: vt hîc, &. ȷ̄. de vſur. l. in pecudum. in fructibus verò directum mihi quæritur dominium, à quocunque percipiantur: vt. ȷ̄. de vſur. qui ſcit. §. præterea. & de fur. qui vas. §. ex furtiuis. Et not. hoc caſu ſine poſſeſſione quæri Public. ſicut in tigno dirutæ domus: vt. ȷ̄. eadem lege. §. idem ait ædibus. &. l. cum ſponſus. §. primo. Vel dic, cũ aliquando poſſedi matrem grauidam: etiam filium tunc videar poſſidere, cum portio ſit viſcerum eius: vt. ȷ̄. de ven. inſpi. l. prima. §. ex hoc reſcripto.

Publiciana quandoque ſine poſſeſſione quæritur.

n *Hanc actionem*. ſcilicet Publicianam, etiam ſi bo. fid. prætendat, & etiam ſi apud eum concipiat & pariat: vt infra de vſucapionibus. l. ſequitur. §. heres. &. §. de illo. Sed ſingularis ſic: vt hîc, & infra de vſucapionibus. l. iuſto. §. & ſi poſſeſſionis. & ſupra eodem. l. eum qui. §. in hac.
o *Succeſſor eſt*. vt. C. de fructibus, & litium expẽſis, lege, litigator, in fine. & infra de diuerſis & temporalibus præſcriptionibus. l. cum heres.
p *Interdum*. videbatur ſoli emptori competere: quia de eo ſolo dixerat, & per hoc in alio remouerat: vt argumentum. C. de procuratoribus. l. maritus. Et ſic verbum, diſtracta, tãtum ad emptorem pertinet: vel videbatur in alio titulo lucratiuo idem quod in hereditate.
q *Iulianus ait*. idem puto & ſi ex alio cauſa quacunque iuſta, res ad me peruenerit: vt infra proximo. §. idem Iulianus generaliter. & infra eodem. l. quæcunque. niſi in vniuerſali herede: vt. s̄. proff. Vetus.

aliàs non:vt.j̃.de acquir.poſſ.l.Pōponius.§.cū quis.&.C.de preſcrip.long.temp.l.j.quæ reſponſio non valet.nam habeo neceſſe computare : quia initium vſuca.eſt tempus quo cœpit poſſidere defunctus mala fi.hinc eſt ꝙ heres ſciens cōplet vſucapionē à defuncto cœptā:vt.j̃.de vſucap.l.heres eius. ergo ſi in initio ille defunctus malam fidē habuit,& heres nō vſucapit : quia ab initio bonæ fidei eſſe debet : vt j̃.de vſucap.l.ſequitur.§.de illo.in fine.§. ſicut ergo vbi ego ab initio ma. fidem habui, poſt ignorans nō vſucapio: ita nec heres: nam vice mea fungitur: vt. j̃. de vſucap. l. heres. Itē ar. duarū legū, facit. j̃. de vſuca.l.nō ſolū. in prī. & huius.§.quibus dicitur ꝙ ſi aliqua ex cauſa vſucapere poſſum ancillā,ſi furtiua nō eſſet: ex eadē eius partū vſucapiam apud me cōceptū & editū, licèt mater fuerit furtiua,ſi modò hoc ignorem. ergo qui nō vſucapit partū ancillæ furtiuę,nō vſucapit matrē nō furtiuā, vt heres:ſed heres furis non vſucapit partū ancillæ furtiuæ, nec eius nomine habet Publ. etiam ſi prætēdat ignorātiam ex perſona ſua: quia vitiorū defuncti ſucceſſor eſt:vt.s̃. hoc. §. ergo non vſucaperet matrē ſi non eſſet furtiua à cōſequenti deſtructo:ſed tunc nullū aliud vitiū obſtaret,niſi rei alienæ ſcientia.& ita patet eā impedire vſucapionem, quaſi penes heredē vitium remāſerit:vt.C.de acquir.poſſ.l.vitia. Item à cōtrario ſenſu legis ſumitur pro hoc argu.j̃. de vſuc.l.vbi lex.§.interdū.ſecundū Ioan.vbi dicit quòd vitium rei nō perſonale, ſi eſt purgatū, non impedit vſucapionem:ergo vitiū perſonale etiā purgatum impediet eam . vſucapio autem pro herede, aliàs habet locū vbi defunctus non habuit malam fidem. Accur.

cianam.h.d.vſque ad finem.Bart.

Idem ait, ædibus emptis,[a] ſi fuerint dirutæ, ea quæ ædificio acceſſerunt, huiuſmodi actione petenda.[b] Quod tamen per alluuionem[c] fundo acceſſit, ſimile fit ei cui accedit: & ideo ſi ipſe fundus Publiciana petit non poteſt,[d] non hoc petetur. ſi autem B poteſt: & ad partem* quæ per alluuionem acceſſit.[e] & ita Pomponius ſcribit. Idem adiicit, & ſi ſtatuæ emptæ partes[f] reciſæ petantur, ſimilem actionem proficere. Idem ſcribit, ſi aream emero,[g] & inſulam in ea ædificauero, rectè me Publiciana vſurum.[h] Item inquit, ſi inſulam emi, & ad aream ea peruenit: æquè potero vti Publiciana.[i]

* & pars quæ.

Valet donatio facta à ſponſo ſponſæ: & ideo eſt ſufficiens cauſa ad vſucapionem & Publicianā. Bartolus.

XII. PAVLVS *libro nonodecimo ad Edictum.*

CVm ſpōſus ſponſæ ſeruum[k] donaſſet, eúmque in dotem accepiſſet ante vſucapionem: reſcriptum eſt à diuo Pio, diuortio facto reſtituendum eſſe ſeruum:[l] nam valuiſſe donationem inter ſponſum & ſponſam.[m] Dabitur ergo & poſſidenti[n] exceptio, & amiſſa poſſeſſione[o] Publiciana, B ſiue extraneus[p] ſiue donator poſſideat.

Verbalis reſtitutio Publicianam trāsfert in fideicōmiſſariam, etiā poſſeſſione nō apprenhēſa. Barto.

Is cui ex Trebelliano hereditas reſtituta eſt,[q] etiam ſi non fuerit nanctus poſſeſſionem, vti poteſt Publiciana.[r]

Emptor reſpectu vtilis dominij habet Publicianam. Bartolus.

In vectigalibus & in aliis prædiis quæ vſucapi non poſſunt,[ſ] C Publiciana competit, ſi fortè bona fide mihi tradita ſunt. Idem eſt & ſi ſuperficiariam[t] inſulam à non domino[u] bona fide emero.

a *Emptis*.à vero domino,quibus tigna aliena erant appoſita.

b *Petenda*.& tamen nunquam poſſeſſa fuerunt:vt.j̃.de vſuca.l. D eum qui.nam eis euictis agitur ex empto: vt ea.l. eum qui.§. ſin- autem columna.

c *Quod tamē per alluuionem*.licèt ita ſit: vt ſupra dixi in acceſſione quæ eſt in ipſa re:aliud tamen eſt in ea quæ fit ipſi rei, ſecundum Ir.vel dic quòd tamen,&c.q.d.per Publicianam petuntur iuncta domui:licèt domus rei vindi.petatur: alluuio tamen ſemper eadem actione cum eo cui acceſſit,petitur: vt hîc, & ar.j̃. de vſufr. l.ſi Titio. §.fi. & eſt ratio:quia primum accedens extinguitur acceſſione,vt non poſſideatur,ſecundum non.Azo.

d *Non poteſt*.vt quia lex prohibet:vt.j̃.l.proxi.§.ſi res.

e *Acceßit*.ſcilicèt eadem actione petitur.Azo.

f *Partes*.adiunctæ per ferruminationē.vnde licèt ſunt abruptæ, petuntur tamē ſimili actione, vt prius antequā eſſent adiunctæ. Vel(quod verius eſt)eadem actione qua & ſtatua:ſecus ſi per applumbaturā:vt.s̃.ti.j.l.in rem actio.§. item quæcunq;. ſicque eſt hîc idem quod in alluuione.Azo.ſ.quādo per ferruminationem. E

g *Emero*.à non domino.Accurſius.

h *Vſurum*.ad inſulam totam interim dum conſtat: licèt aream non inſulam emerim.

i *Vti Publiciana*.pro area,licèt inſulam non aream emerim.

CVm.] CASVS. Per verba de futuro cū Berta ſponſalia contraxi:& iſti Bertæ ſeruū donaui alienū: & ipſa bona fide recepit.vnde valuit donatio.poſtea illū ſeruū,ab ea in dotē accepi. diuortio facto ipſa ſeruum repetit.Dicitur hîc quòd ſi iſta Berta poſſideat,habeat exceptionem.& ſi cadat Berta à poſſ.petet eum Berta per Publicia.ſiue ego poſſideam, ſiue alius extraneus. [IS CVI.] Deceſſit Titius,rem alienam bo.fi.poſſedit.qui deceſſit, & here.inſtituit,& eū rogauit vt totā here.mihi reſtitueret. ipſe heres verbo tātùm mihi reſtituit.poſtmodū aliquis bona here.poſſidebat:& res etiā alienas.an mihi fideicōmiſſario detur Pub.pro iſtis rebus & aliis? Et dicitur ſic. [IN VECTIGALIBVS.] A priuato nō domino emi prædium vectigale,vel fiſcale: & à poſſ. cecidi.habeo Publi.licèt vſucapi nō poſſit. idē eſt ſi ſuperficiariā inſulā emerim,& à poſſ.cecidi.nā habeo Pub.Si emi à te rem quę ꝓhibetur alienari lege,vel cōſtitutione,ſicut fundus dotalis, vel res minoris,& cecidi à poſſ.an cōpetat mihi Pub.quæritur.Et rñ. nō.[PVBLICIANA.] Seruū nōdū vnius anni à te emi bo. fi. à cuiꝰ poſ.cecidi. an mihi cōpetat Pub.quæritur.Et rñ. quòd ſic. poſtea dicit ꝙ & pro parte agere poſſum Pub.& ſi tenui per momentum,& cecidi à poſſeſſ. habeo Publicia. Viuianus.

k *Seruum donaſſet*.alienū:aliàs directa rei vindicatio ſoluto matrimonio daretur: vt. C. de iure do.l.in rebus.

l *Seruū*.per Publicianam, & etiā per actionem de dolo.

m *Sponſam*.ſ. ſcriptum eſt:vt.C.de dona. ante nupt. l. j. cū ergo valet donatio, locum habet vſucapio: ergo & exceptio & Publiciana ſecundum Ioan.

n *Poßidenti*. ſ.mulieri.

o *Poſſeßione*. quod eſt quando dedit viro.

p *Siue extraneus*.hoc caſu datur Publi. tātum. ſed ſi donator poſſideat,tunc actio de dote:vt infra ſoluto matrimonio.l.ſi alienam.

q *Reſtituta eſt*.ſolo verbo:vt infra ad Trebel.l. facta.j. reſpon. & l.reſtituta.§.ſed & ſi verbo.

r *Publiciana*.ex ſua perſona,non autē ex defuncti,quia defuncto directa cōpeteret:tunc directa etiā ſi nō apprehenderit. Et idē in legatario,&eo cui eſt donatū cauſa mortis.& ſecūdū hoc res fuit defuncti,vel ex ſua perſona demū poſſeſſione apprehēſa : vt.s̃.e. vel donationes cauſa mortis ex perſona defuncti qui habuit Publicianā etiā prius:& ſic fuit hîc,& ſecundū hoc res non fuit defuncti. Vel dic ꝙ habet ex ſua perſona etiam nō apprehēſa poſſeſ- D ſione pro illis rebus quę non fuerunt in dominio teſtatoris.nam pro illis rebus quæ fuerunt in dominio,habet directam: & aliud in legato erit.ſ.cum res nō fuit defuncti:quia ibi opus eſt apprehenſione poſſeſſionis: vt.d.l. vel donationes cauſa mortis, quia hereditas ius quoddā vniuerſale eſt:vt.j̃.ad Trebel.mulier.§.fin. &.l.nam quod.§.fin.nec pro his habebit Publi.vt differat à præcedenti poſitione : at legatum non ſic.Item propter fideicōmiſſariam hereditatem cogitur quis adire:non autem propter legatum.Item in legato acquiritur dominium neſciēti legatario hereditate adita:vt.j̃.de leg.ij.l.cum pater.§.ſurdo. in fideicōmiſſaria hereditate demum ea reſtituta:quę reſtitutio etiam ſolo verbo fit:vt infra ad Trebel.l.reſtituta.

ſ *Non poſſunt*.vt publicis populi Romani:vt.j̃.de vſucapionibus l.vſucapionē.ſecus in his quæ propter rei vitiū non poſſunt vſucapi:vt.s̃.eo.ſiue.§.hæc actio.vel etiam perſonæ:vt.s̃.eo.l. traditionē.& in re inalienabili:vt.j̃.proxi.§.Collige etiā hîc ꝙ prædia E vectigalia non poſſunt vſucapi.& ſic eſt contra.j̃. de dam. infec. l.ſi finita.§.ſi de vectigalibus.in fi.Solu.à ſciente nō: ſed ab ignorante ſic.Vel ibi ſpeciale,vt in eum caſum poſſint vſucapi, ſecundum Io.Vel ibi loquitur in prædiis vectigalibus alicuius ciuitatis:hîc de fiſcalibus.vel dic,vſucapiuntur vt vtile dominiū amittatur:vt ſcilicet ſi emam ab eo quē credo habere vtile dominiū, qui nō habet.Et idem in ſuperficiario: non autē quo ad directū, vt penſio non ſoluatur:vt.C.de præſcriptio.xxx.anno.l. competit.& de fun.patri.l.iubemus. lib. xj. Quod autem dixi non vſucapi,verum eſt per.x.an.ſed per. xx. ſic: vt infra de diuer. & tempo.præſcrip.l.in omnibus.Accurſius.

Vectigalia prædia an poſſint vſucapi.

t *Superficiariam*.quantum ad Publicianam,vt eam habeam: non quantum ad vſucapionem:quia ſuperficiariam inſulā bene vſucapio.vel dic quòd nec illam vſucapio quo ad directum dominium:vt modò dixi.

u *A non domino*.aut ab eo quē credo ſuperficiariū,cū nō ſit. Ac.

UNED

a *Lex.* Iulia fundi dotalis: vt inſtitu. qui. alie. licet, in princ. idem in ſacris, & in ſimilibus, quæ inalienabiles ſunt: vt infra de vſuc. l. vſucapionem. Accur.

b *Conſtitutio.* ſcilicet diui Seueri: vt. ꝟ. de rebus eorũ. l. j. Azo. Itē de colono ſine ſolo: vt C. de agrico. & cen. l. quēadmodum. ſed cõtra hoc reſpõd. vt. ſ. eo. l. eũ qui. §. ſi à minore. Solu. ibi res aliena, nõ pupilli erat, & à pupillo alienata: hîc autē pupilli, & ab eo alienata: arg. ꝟ. de re. eo. l. magis. §. j. vel ibi in facto errauit: vel hîc contra pupillum.

Pro his quæ alienari nõ poſſunt, Publiciana non competit. Bar.

[i] *Aliquid facere*. vt ſtipulari, vel aliud. Et not. quòd ſecundum quoſdam hæc duo ſufficiunt, ſed vnum tantùm fortè eſt neceſſarium: vel affectus, vel etiam quòd ſtipuletur, vel aliud nomine fructuarij faciat: vt.s̃.ea.l.§.Iulianus. Sed tu dic vtrunque neceſſarium ſi à primo incipias, ad hoc vt nunquã currat præſcriptio. nam per ſtipulationem fit interruptio in ſeruitute tali: cum præſcriptio ſeruitutis facilè interrumpatur: vt.C.de ſerui.l.ij. ſicut facilius currit: quia etiam ſine poſſeſſione, quæ non poteſt eſſe in ſeruitute: vt.C.de prę̃ſcrip.long.temp.l.fi.in fi. Item no. mentem & propoſitum aliquid facientis eſſe ſeruandum: arg.j̃.de aur.& arg.leg.& ſi non.§.pe.&.j̃.commo.ſi vt certo.§.planè.

[k] *Si fur*. quidam habent prin.l.alij.§.Iulianus. quod melius eſt.

[l] *Fructus maturos*. idẽ ſi nõ maturos: vt.j̃.eo.ſi abſente.§.fi.Acc.

[m] *Condictione*. ſcilicet furtiua.

[n] *Et putat*. ſcilicet Iulianus: vnde fuit melius ſupra.§.

[o] *Percipiantur*. vel ab alio eius nomine. Et dic percipiantur, vt etiam in horreis ſint reconditi: vt.j̃.qui.mo.vſusfruct.amit.l.ſi vſufructuarius.& inſti.de re.di.§.is verò.ſecus in bo.fi.poſſe.qui facit ſuos, à quocunq; percepti ſint, & cuiuſcunque nomine, & eo ipſo quòd à ſolo ſunt ſeparati: vt.j̃.de vſur.qui ſcit.§.in alieno.&.§.præterea.& ſupra de rei vindic.l.antepe.

[p] *Competere*. quia ſoli domino datur: vt.j̃.de condic.fur.l.j.

[q] *Furti actionem*. hoc ſi fuerint ſubtracti poſtquam fructuarius poſſit vti: ſcilicet adita hereditate ab herede legantis: & præſtita cautionem: vt infra de vſuca.ſi homo cuius.

[r] *Mouetur*. ſcilicet ad dicendũ quòd competit furtiua condictio fructuario: ideoq; cõtradicebat Iulia. qui dixerat ſoli proprietario dari: quam contrarietatem non ſoluit.

[ſ] *Nanctus fuerit*. ab alio, non à fure: quia tunc nõ daretur ei furtiua condictio: niſi de nouo fuerit factũ furtum.

[t] *Fortaßis*. abundat. ſic ſupra de arbi.ſi duo.

[u] *Fiant*. & ſic extunc dabitur condictio furtiua fructuario ad æſtimationẽ, non ad rem, cum eam habeat: quia fortè redemit ab eo q̃ habuit à fure qui dolo deſiit habere. & verè ita intelligitur Marcellus dixiſſe: non autem ſic vt nunquã proprietario detur, nam, &c.

[x] *Tranſit*. vt. j̃.famil. erciſ.l. & poſt litem.§. res. &.j̃.ad Sylla. l.j.§. ſerui.&.s̃. de rei vindi. l.non ideo. Accur.

† Sic Flo. & vulga. ſunt qui emendẽt magis quàm. quibus non aſſẽtior.

[y] *Competere proprietario*. ſcilicet interim.

[z] *Cum*. id eſt quando. & incipiunt verba Vlpiani. vel cauſatiuè autem pro ſed. Accur.

[a] *Iulianus ait*. hæc duo exempla fuerant Iulia. quæ nunc allegantur contra eum: vt ſicut hîc aliquid eſt in pendenti, ita & in noſtro caſu.

* In vulg. editione eſt lex. Si vſus fructus. 16.

[b] *Summittitur*. id eſt ſummitti debet. nam facta ſummiſſione, iam non pendet dominiũ: vt.j̃.eo.quid ergo.

[c] *Satisfacto*. nam tunc pendet: vt.j̃.eo.ſed & ſi quis.§.interdum.

[d] *In pendenti*. ſcilicet vſquequo fructus conſumpti ſint à fure, neutriq; eorum dandam interim condictionem: & ſic nec ſecundum dictum Iuliani, vt tantùm proprietario: nec Marcelli, vt dicam tantùm fructuario: ſed mediũ quoddam. & dicam quòd eſt in pendenti ratione futuri. nam ratione præſentis competit proprietario: licèt non poſſit eam exercere, vt dixi: niſi conſumptis eis. ſi ergo venerit ad manus fructuarij, non à fure ſibi reſtituente, videatur ab initio ſibi competiſſe condictio furti fictione iuris: vt.j̃.eo.ſed & ſi quis.§.interdum. Sed arg. contra, infra qui po.in pig.ha.l.potior. Et ideo aliud eſt in pignoribus: quia
E in illis ordinem conuentionis intuemur. Accurſius.

[e] *SI cuius. Hoc fiat*. ſcilicet ſatiſdatio tam de reſtituenda re, vt hîc, quàm de vtendo & fruendo arbitrio boni viri: vt infra proxi.& infra vſufruct. quemad.ca. l.j.§. habet autem. adeo vt ante non videatur facere fructus ſuos: vt infra de vſufruct.le. l.vxori. ADDITIO. Iſtud intellige verum vbi eos percipiat fructuarius ſciente & patiente proprietario: vt.l.hac edictali. C.de ſecun.nupt.ſecundum Bart.

[f] *Ad omnem*. ſiue in teſtamento, ſiue inter viuos conſtitutus ſit vt.C.eo.l. vſufruct.j. in caſibus tamen non cauetur: vt not. infra vſufruct.quemad.ca.ſi vſusfructus.§.illud.

[g] *Dandam actionem*. ſcilicet efficaciter.

[h] *Satiſdederit*. vel per fructuarium non ſtet: vt infra vt in poſſ. le.l.j.§.non exigit. Sed & ea non præſtita poteſt per condictionem incerti agi vt cautio interponatur: vt infra de vſufruct.ea. re.quæ vſu con.hoc ſenatuſconſultum.§.j. Accurſius.

*Oportet*.

viri arbitratu vſurum fruiturum. Sed & ſi plures ſint, à quibus vſuſfructus relictus eſt, ſingulis ſatiſdari oportet. [a] † Cum igitur de vſufructu agitur: non ſolùm quod factum eſt, arbitratur: [b] ſed etiã in futurum quemadmodum vti frui debet. De præteritis [c] autem damnis fructuarius etiam lege Aquilia tenetur: [d] & interdicto quod vi aut clam: [e] vt Iulianus ait. Nam fructuarium quoque teneri his actionibus, necnon furti, certum eſt: ſicut quemlibet alium qui in aliena re tale quid commiſerit.

Actio legis Aquiliæ datur domino propter factum, nõ propter negligentiam. Bartolus.

Denique conſultus, [f] quo bonum fuit actionẽ [g] polliceri prætorem, cum competat legis Aquiliæ actio: reſpõdit, quia ſunt caſus quibus ceſſat Aquiliæ actio, ideo iudicẽ dari, vt eius arbitratu vtatur. Nam qui agrum non proſcindit, qui vites nõ ſubſerit, itẽ aquarum ductus corrumpi patitur, lege Aquilia non tenetur. [h] Eadem & in vſuario dicenda ſunt.

Nota ar. huius. §. quòd quando inter duos eſt contentio de vna poſſeſſione, iudex poteſt prohibere vtrique parti ingreſſum, ne veniant ad arma & rixas. Bart.

Sed ſi inter duos [i] fructuarios ſit controuerſia, Iulianus libro trigẽſimooctauo digeſtorum ſcribit * æquiſſimum eſſe, quaſi [k] commmuni diuidundo iudicium dari, vel ſtipulatione [l] inter ſe eos cauere qualiter fruantur. Cur enim [m] (inquit Iulianus) ad arma & rixam procedere patiatur prætor, quos poteſt iuriſdictione ſua componere? [n] † Quam ſententiam Celſus quoque libro viceſimo digeſtorum probat: & ego puto veram. Fructuarius † cauſam proprietatis deteriorem facere non debet: meliorem facere poteſt. [o] Et aut fundi eſt vſusfructus legatus, [p] & non debet neque arbores frugiferas excidere: neque villam diruere: nec quicquam facere in perniciẽ proprietatis. Et ſi fortè voluptarium * fuit prædium, viridaria vel geſtationes vel deambulationes arboribus infructuoſis opacas [q] atque amœnas habens, non debebit deiicere, vt fortè hortos olitorios [r] faciat, vel aliud quid quod ad reditũ ſpectat. Inde eſt quæſitum, an lapidicinas vel cretifodinas vel harenifodinas ipſe inſtituere [ſ] poſſit. Et ego puto etiam ipſum inſtituere poſſe, ſi non agri partem neceſſariam [t] huic rei [u] occupaturus eſt. Proinde venas quoque lapidicinarum & huiuſmodi metallorum inquirere poterit. ergo & auri, & argenti, & ſulphuris, & æris, & ferri, & cæterorum fodinas vel quas paterfamilias inſtituit, exercere poterit, vel ipſe inſtituere, ſi nihil agri culturæ nocebit. Et ſi fortè in hoc [x] quod inſtituit, [y] plus reditus ſit, quàm in vineis, vel arbuſtis, vel oliuetis quæ fuerunt, [z] forſitan etiam hæc deiicere [a] poterit: ſiquidem ei permittitur meliorare proprietatem. Si tamen quæ inſtituit vſufructuarius, aut cœlũ [b] corrumpant agri, aut magnum apparatum [c] ſint deſideratura, opificum fortè vel legulorum, [d] † quæ non poteſt [e] ſuſtinere proprietarius: non videbitur viri boni arbitratu frui. Sed nec ædificiũ quidem poſiturum in fundo, niſi

---

Singulis heredibus fidelitatis ſacramentũ præſtandum eſt.

a *Oportet*. argu. quòd ſingulis heredibus domini faciendum eſt ſacramentum fidelitatis: vt. arg. j̃. de no. ope. nun. l. ſtipulatio. §. quæſitũ. &. j̃. vſufr. quemadmo. ca. ſi vſusfructus. §. fi. Nam cum ſit quaſi indiuidua ſeruitutis ſacramentum fidelitatis, & fidelitas ipſa, inſolidum debetur: vt. j̃. de verb. oblig. l. ij. §. pe. Accurſius.

b *Arbitratur*. ſcilicet bonus vir: vt ſi ante cautionẽ aliquid corruperit fructuarius. Itẽ ratione futuri: vt ſubiicit, &. j̃. ſi ſer. vindic. egi. Accurſius.

† No. iũcta glo. quòd fidelitas eſt ſpecies ſeruitutis.

c *De præteritis*. ſ. ante ſatiſdationem datis.

d *Tenetur*. ſi quid dãni dedit.

e *Quod vi aut clam*. ſi quod opus ibi fecit prohibitus, vel ſciens ſe prohibendum: vt. j̃. quod vi aut clam. l. iij. §. fin. & l. ſeq.

f *Conſultus*. id eſt interrogatus Iulianus.

g *Actionẽ*. ſcilicet ex cautione ratione præteritorum damnorum vel futurorum? Reſpon. ſcilicet Iulianus, quia, &c. ſed certè imò ratione fideiuſſoris facto fructuario nõ ſoluendo: vt arg. j̃. ad leg. Fal. l. is cui. & inſtit. de repli. §. fin. Et not. hîc quòd ſuperuacua cautio non eſt interponẽda. ſic &. j̃. vt in poſſ. leg. ſi is à quo. §. fin. & ſupra de pact. l. iuriſgentium. §. ſed ſi fraudandi. Accurſius.

h *Non tenetur*. in cautione omnia dãna veniunt: vt infra vſufruc. quemad. ca. l. j. §. cauere. ſed lege Aquil. data tantum: vt hîc. Sed cõtra. j̃. ad. l. Aquil. ſi ſeruus ſeruum. §. ſi fornacarius. &. §. ſi ex plauſtro. Sol. hîc res corrũpitur ex ſeipſa, ibi appoſitione ignis, vel mala cõpoſitione lapidũ. Vel hîc non datur directa ſed vtilis: vt ibi.

* In vulg. eſt lex. Æquiſſimum. 17.

i *Sed ſi inter duos*. ſupra cum inter fructuariũ & proprietariũ eſt cõtrouerſia, qualiter ſit vtendum, proſpicitur cautione interpoſita: nunc qualiter inter fructuarium & fructuarium, ſecundum R.

† Cõcor. tex. I. c. placuit. &. c. ſi quis. &. c. fi. 90. diſ. Itẽ etiam concor. tex. & ibi glo. in ca. I. extra de mut. petitio.

k *Quaſi*. id eſt vtili: quia directum tantùm ad corporalia datur: vt. j̃. communi diui. l. per hoc iudicium. &. j̃. de aqua quoti. l. Lucio. in fin. j. reſpon. &. j̃. communi diui. l. communi diuidundo. §. cum de vſufructu. Accurſius.

l *Stipulatione*. vt vnus alteri promittat quòd alterum vti non impediet: vt infra famil. erciſ. & puto. in princ.

m *Cur enim*. meritò prædictis duobus modis proſpicitur: cur enim, &c.

Iudex litigãtes ad pacem cogere poteſt.

n *Iuriſdictione ſua componere*. arg. quòd poteſtas & iudex poſſunt cogere litigatores ad pacem & tranſactionẽ faciẽdam, cauſa dirimendarum litium. ſic. j̃. ſi cer. pet. l. quidam. ſic. s̃. de offic. præ. cõgruit. & in auth. de man. prin. §. deinde. col. iij. &. j̃. de no. ope. nun. l. j. §. & poſt. &. j̃. de leg. j. huiuſmodi. §. fi. &. xc. di. c. placuit. &. c. ſi quis. &. c. fin. &. j̃. de re mili. l. fi. in fi. &. j̃. communi diui. l. communi diuidundo. §. cum de vſufructu. &. j̃. de aqua quoti. Lucio. Sed arg. contra. in auth. vt lit. iur. §. pe. Sed ibi de referendariis dicit, non iudicibus: preterea de litibus ciuilibus. Itẽ ar. cõtra. j̃. eo. quotiens. in prin. ſed & ibi imminet iudex: vt ibi dices.

Expẽſæ quæ à fructuario fieri poſſunt.

o *Facere poteſt*. colligitur ergo vt neceſſarias & vtiles impenſas fructuarius facere poſſit: quia omnes faciunt rem meliorem: vt j̃. de verb. ſignifi. l. impenſæ. niſi faciat immutando ſtatum rei: vt s̃. eo. l. hactenus. §. fin. &. l. quamuis. & vt hîc, &. j̃. eod. l. §. ſed ſi ædium. verſi. ſed & colores. Voluptarias quoque facere potes: vt. s̃. eo. l. hactenus. §. Neratius. non tamen cogitur ad aliquas niſi ſint modicæ: vt. s̃. eod. hactenus. j. reſpon.

† Iſte. §. eſt bene nota. vna cum ſequẽt. vſque ad. l. ſed ſi quid.

p *Legatus*. ſupple, aut alterius rei. & ſi quidem fundi vſufruc. eſt legatus, non debet, [a] &c. quæ eſt Piſ. litera: & abundat hîc poſtea vna negotio: vt &. C. de ſer. fugi. l. j. Accur.

a] Accurſius hic perperã refert Piſanã literam.

* Flo. voluptate fuit preditũ viridaria.

q *Opacas*. id eſt, afferebant vmbram propter ſolem: & dicitur lobia.

r *Olitorios*. id eſt ad faciendum olus, vel oliuas.

ſ *Inſtituere*. id eſt incipere de nouo.

t *Neceſſariam*. ſcilicet fructibus.

u *Rei*. id eſt argẽtifodinas faciendas. ſic. j̃. de ſeruitu. l. ſi cui.

x *In hoc*. id eſt lapidicinis. Accurſius.

y *Inſtituit*. lapidicinas puta, vel ſimilia.

z *Fuerunt*. ibi prius

a *Deiicere*. & ita mutat ſtatum rei. ſic ergo eſt contra. j̃. e. l. §. ſed ſi ædium. verſi. ſed & colores. &. s̃. e. tit. hactenus. §. fi. &. l. quamuis. Sol. quod hîc dicit cũ dubitatione, ibi indubitabiliter ſoluitur: vt ſic iſta ſecundum illas intelligatur. vel hoc fauore vltimæ voluntatis, in qua conſtitutus erat vſusfru. vt ar. j̃. de reg. iur. in teſtamentis. ibi ergo inter viuos. Vel hîc loquitur quando paterfa. inſtituerat, vel inſtituere propoſuerat lapidicinas. vnde præſumitur quòd voluerit vſufructuariũ idem facere: arg. C. de epiſ. audien. l. nemo. hæc placet. vel aliud in his quæ certis finibus circunſcribuntur & deſignantur: vt domus, & ſimilia, quæ non ampliare vel deminuere poteſt. Aliud etiam in cretæfodinis: quæ certo modo non retinẽtur: imò quotidie ampliãtur & deminuuntur: vt hîc, & arg. C. de procu. l. maritus. Itẽ contra. s̃. ea. l. §. fructuarius. in fi. §. vbi non permittitur facere hortos. Sol. licèt plures redderet fructus, nolebat tamen fructus paterfam. ſed amœnitatem: hîc autem fructus volebat.

† Cato de re ruſtica agẽs de olea legenda, legulos vocat qui oleam legunt: vt & Varro lib. 5. de ling. Lat.

b *Cælum*. id eſt ærem. Accurſius.

c *Apparatum*. quid ad proprietarium de apparatu, cum non cogatur reficere: vt. s̃. eo. l. hactenus. in princ. &. ij. reſpon? Reſpon. imò pertinet ad eum magnus apparatus qui gratia rei fieret: haberet enim neceſſe fructuario reſtituere tales expenſas: vt. j̃. eo. ſi extraneo. §. fin. &. l. quòd ſi heres. &. l. ſi abſente. &. j̃. de impen. l. iij. §. fin. &. l. & in totum. &. C. de rei vxo. ac. §. ſed nec impenſas. C. eo. tit. l. eum.

d *Figulorum*. id eſt magiſtrorũ. aliàs legulorũ. Et dicuntur leguli, qui legunt: id eſt colligunt margaritas in arena: ſecundum M.

Leguli qui dicuntur.

e *Non poteſt*. commodè: vt. j̃. de verb. ſigni. l. Nepos Proculo. &

UNED

de condi. inſtit. ſi filius. Sed cur non poteſt: cum ipſe non faciat expenſas: vt ſupra eod. titu. l. hactenus? Reſpon. quia rem deteriorem haberet fructuario mortuo, cum proprietarius talia neſciat exercere. Vel dic, non poteſt reſtituendo: vt modò notaui. & argu. infra de pig. act. ſi ſeruos. Accurſius.

A ſtatus rei fieri non poteſt: arg. infra de leg. j. ſenatus. & ſupra de rei vindica. in fundo. ſecus autem in inquilino qui refringit & tollit: vt infra loc. ſed addes. §. ſi inquilinus. & not. ſupra de rei vindic. l. habitator.

z *Qualum*. id eſt cophinum. vel qualum, id eſt codalum vel codalos. vel qualum, id eſt ſabulum. Accurſius.

a *Sed ſi ædium*. vſque nũc qualiter fundo inſtructo vtatur: nunc qualiter domo. Acc.
b *Immittere*. ſed non claudere: vt infra ead. l. §. item Nerua.
c *Poterit*. id eſt apponere poteſt, ſubaudi.
d *Diætas*. loca in quibus moratur paterfamilias in die.
e *Coniungere*. ſi ſeparata erant. Accurſius.
f *Aut ſeparare*. ſi ſunt coniuncta.
† Flo. viridiaria.
g *Aditus*. anteriores.
h *Poſticas*. id eſt poſteriores aditus domus.
i *Refugia*. id eſt loca abſcõſa: quæ dicuntur ſecreta loca domus.
k *Excolere*. ſic. j. eod. vſuſfructuarius nouũ.
l *Inuenit*. ſupra ea. l. §. fructuarius.
m *Nõ immutata*. ſupra eo. l. hactenus. in fine. & l. ſeq. & infra proxi. §. & infra eod. l. vſufructuarius nouum. & infra de vſu & habita. l. Neratius.
n *Turbatur*. quia ventus magis percutit.
o *Domino*. ſi velit altius tollere inuito fructuario: vt. ſ. eo. vſufruct. §. hac ratione.
p *Nec obſtruere*. id eſt claudere lumina: ſed aperire ſic: vt ſupra proxi. §.
q *Meritoria*. hoc ſtatim exponetur.
r *Quaſi domum*. id eſt eius forma nõ mutata.
ſ *Diuerſoria vel fullonica*. loca in quibus itinerantes diuertunt. fullonica autem poteſt dici gualteria, à fullone: quia facit diuerticulũ quoddam vt ibi lauet telas. vel à folle per quem trahitur aqua. ſic accipitur infra de aqua plu. arcen. l. apud Trebatium. vel ambo pro eodem.
* fructuum.
t *Ego*. ſcilicet Vlpian. dico. aliàs, ergo quidem: & tunc dic, quia ad aliũ omnino vſum non poteſt vti. aliàs eſt ego, ſcilicet Vlpianus.
In vulg. eſt l. x, Sed & ſi.

quod ad fructum percipiendum neceſſarium ſit. Sed ſi ædium [a] vſuſfructus legatus ſit, Nerua filius & lumina immittere [b] eum poſſe ait: ſed & colores & picturas & marmora poterit [c] & ſigilla, & ſi quid ad domus ornatum. Sed neque diætas [d] tráſformare, vel coniungere [e] aut ſeparare [f] ei permittetur, vel aditus [g] poſticaſve [h] vertere, vel refugia [i] aperire, vel atrium mutare, vel viridaria † ad alium modum conuertere. excolere [k] enim quod inuenit [l] poteſt qualitate ædium non immutata. [m] Item Nerua eum cui ædium vſuſfructus legatus ſit, altius tollere non poſſe, quamuis lumina non obſcurentur: quia tectum magis turbatur. [n] quod Labeo etiam in proprietatis domino [o] ſcribit. Idem Nerua nec obſtruere [p] eum poſſe. Item ſi domus vſuſfructus legatus ſit, meritoria [q] illic facere fructuarius non debet: nec per cœnacula diuidere domum. Atquin locare poteſt: ſed oportebit quaſi domum [r] locare: nec balineum ibi faciẽdum eſt. Quod autem dicit meritoria non facturum, ita accipe, quæ vulgo diuerſoria [ſ] vel fullonica appellantur. Ego [t] quidem & ſi balineum ſit in domo, vſibus dominicis ſolitum vacare, in intima parte domus, vel inter diætas amœnas: [u] non rectè nec ex boni viri arbitratu facturum, ſi id locare cœperit, vt publicè lauet: non magis, quàm ſi domum ad ſtationem iumentorum locauerit: aut ſi ſtabulum quod erat domus iumentis & carrucis vacans, piſtrino [x] locauerit:

XIIII. PAVLVS *libro tertio ad Sabinum.*

Licèt multo minus ex ea re fructum * percipiat.

XV. VLPIANVS *libro octauodecimo ad Sabinum.*

E Sed ſi quid inædificauerit, poſtea, eum neque tollere hoc neque refigere [y] poſſe: refixa planè poſſe vindicare. Mancipiorum quoq; vſuſfructu legato non debet abuti: ſed ſecundum conditionem † eorum vti. Nam ſi librarium rus mittat, & qualum [z] & calcem portare cogat, hiſtrionem balneatorem faciat, vel de ſymphonia * atrienſem, [a] vel de palæſtra ſtercorandis † latrinis præponat, abuti videbitur proprietate. B Sufficienter * autem alere & veſtire debet ſecundum ordinem & dignitatem [b] mancipiorum. Et generaliter Labeo ait, in omnibus rebus mobilibus modum eum tenere debere, ne ſua feritate vel ſæuitia ea corrumpat: [c] alioquin etiam lege Aquilia eum conueniri. Et ſi veſtimentorum [d] vſuſfructus legatus ſit, non ſicut quantitatis vſuſfructus legetur, dicendum eſt ita vti eum debere, ne abutatur: nec C tamen locaturum: [e] quia vir bonus ita non vteretur. Proinde & ſi ſcenicæ veſtis vſuſfructus legetur, vel aulæi, vel alterius apparatus: alibi quàm in ſcena non vtetur. Sed an & locare poſſit, videndum eſt. & puto locaturum. & licèt teſtator commodare non locare fuerit ſolitus, tamen ipſum fructuarium locaturum tam ſcenicam quàm funebrem [f] veſtem.

Proprietatis dominus non debebit impedire fructuarium ita vtentem, ne deteriorem eius conditionem faciat. D De quibuſdam planè dubitatur, ſi eum vti prohibeat, an iure id faciat, vtputa doliis, ſi fortè fundi vſuſfructus ſit legatus. & putant [g] quidam & ſi defoſſa [h] ſint, vti prohibẽdum. Idem & in ſeriis [i] & cuppis & in cadis & amphoris putant. idem & in ſpecularibus, [k] † ſi domus vſuſfructus legetur. Sed & ego puto, niſi ſit contraria voluntas, etiam inſtrumẽtum fundi vel domus contineri. [l] Sed nec ſeruitutem imponere fundo poteſt proprietarius, [m] nec amittere [n] ſeruitutem. Adquirere planè ſeruitutem eum poſſe etiam inuito fructuario Iulianus ſcripſit. Quibus

a *Atrienſem*. id eſt vt lauet atria.
b *Dignitatem*. [a] id eſt meliorem ſtatum & opinionem. non autem ponitur pro publico honore: quia ſeruus eo vti non poteſt: vt C. de tabul. l. generali. lib. x. &. C. qui milit. non poſſ. l. penul. & final.
† Eandẽ cõditionis ſeruorũ differẽtiam tradit Ariſto. lib. I. Polit. ca. 4.
a] Not. glo. qualiter dignitas aliquando ſumitur pro ſtatu.
* Sic Flo. ſed vulgata editio habet. ſymphoniaco, quod quidam magis probãt, nos Flor. pręferimus.
c *Corrumpat*. vt infra eo. ſi pendentes. §. j.
d *Et ſi veſtimentorum*. poteſt dici hoc eſſe de reſponſione. Vel dic quòd ſit de facto, & ibi ſit reſponſio, dicendum eſt, &c. Et dicitur legari vſuſfructus veluti quãtitatis, cum datur veſtimentum æſtimatũ æſtimatione reddẽda finito vſufructu: vt inſtitu. eo. §. conſtituitur.
† Extergendis lat. vel ſtercorandis agris.
* Not. quæ dicantur veſtimẽta ſufficientia: qđ facit ꝑ veſtimẽtis monachorum. & eſt menti tenendum. ſecundũ Bal. hic, quem videas.
e *Locaturum*. Arg. contra ſupra eod. arboribus. §. vſuſfructus. ſed hoc ſpeciale: quia, &c. Item hoc niſi in funebri & perpetua: vt ſubiicit.
f *Quàm funebrem*. quia talibus veſtimentis ſic vteretur vir bonus, ſed in aliis contra: vt in princ. dixit.
g *Putant*. & malè.
h *Defoſſa*. in prædio.
i *In ſeriis*. hęc ſunt genera vaſorum.
k *In ſpecularibus*. inſtrumenta domus, ab inſpiciendo fortè dicta.
l *Contineri*. ſcilicet vſufructu fundi vel domus legato. Sed contra infra de ſup. le. l. fin. Solu. hîc vſuſfructus fuit legatus: quo caſu non poſſet vti frui ſine inſtrumentis. At ibi proprietas fuit legata, vbi non accedunt inſtrumenta niſi infixa: vt infra de fund. inſtru. l. cum fundus. cum enim teſtator vſumfructum reliquit: vt ex ipſo nomine patet, commodum & emolumentum rei videtur voluiſſe ad fructuarium pertinere: quod aliter fieri non poteſt niſi inſtrumentorum habeat fructum. cum autem legatur proprietas, non attenditur aliud niſi quòd dominium tranſeat in legatarium, ſecundum Azo.
† Specularia (inquit Bud.) hic Vlp. intelligit, quibus feneſtrarum hiatus obſtruebantur ad tranſmittendã lucẽ: quæ tamen exemptilia erãt, vt cum liberet, auferrentur.
m *Poteſt proprietarius*. imò videtur quòd ſic: vt infra, ſi vſuſfruct. pe. l. ſi ab herede. quæ eſt contra. Sol. vt ibi.
n *Amittere*. ſcilicet per pactum: ſed non vtendo ipſe vel fructuarius, amittitur: vt infra ſubiicit, & infra quemadmo. ſer. amit. vſuſfruct. à contrario ſenſu.

u *Amœnas*. & repete, balineum ſit.
x *Piſtrino*. id eſt ad opus piſtrini. & facit ſupra eo. l. item ſi. §. fin. & infra eod. ſi pendentes. §. ſi dominus. & ſupra eo. arboribus. §. nauis. Accurſius.
y *Sed ſi quid. Refigere*. id eſt extirpare: ſed ad æſtimationem agere poteſt. vel vindicat ſi eſt diſſolutum, vt ſubiicit: niſi donare voluerit: vel niſi æſtimationem ſit iam cõſecutus: vel ad eum ſpectabat talis impenſa: vt. C. eo. l. eum ad quem. ſed Alb. dicit non poſſe tollere vel refringere, cum ſi ne læſione prioris

*Conſequenter.*

a *Conſequenter.* ſcilicet dicitur.
b *Non poteſt.* in caſu tamen non dominus adquirit: vt infra de caſtren.pe.l.ex caſtrenſi.§.j.
c *Tenebitur.* ſi tamen ſciuerit deberi.alioquin imputabitur proprietario: vt infra de contrahen.empt.in vendendo.§.penul.

ADDITIO. Iſtam gloſſam dicit Bal. hîc valde nota. ad hoc quòd latior ſit interpretatio in legato vſusfructus quàm proprietatis. & facit.ſ.eo.l.item ſi fundi.§.ſeminarios autẽ.

d *Imponere.* quomodo poteſt fructuarius totum vſumfruc.amittere vel relinquere proprietario: vt.j.eo. cum fructuarius. cum non poſſit pati vnam ſeruitutem imponi? Reſpõ. & hoc poteſt pati: ſed non ſic vt duret vſusfructus. vnde expone, non poteſt imponi, ſcilicet ſic vt vſusfructus duret: ſed eo pereunte ſic: vt.j. de do.ma.except.l.apud.§.quæſitũ. Sed an pereat in ea parte tantũ quæ ſeruit, ſeu in totũ? Reſpon. in totum ſecundũ quoſdã, niſi dicat, ſaluo iure ſuo: vt.j.quib. modis pign.vel hypo.ſolu.l.ſi debitor.§.ſi in véditione. Vel dic cæteræ partes liberæ ſint: vt.l.certo generi.j.de ſerui.ruſtic. prædio. vel in eis fortè durat. Accur.

* Vulg. niſi per quam.

e *N* *Iſi per quam.* ſcilicet talem.
f *Sibi.* ſcilicet proprietario.
g *Altius tollere.* quod fructuario non licet, etiam ſi hoc non conceſſiſſet: vt.ſ.eo.ſi cuius.ª §.item Nerua. & .j.eo.l.vſufructuarius.

a] l.æquiſſimum.

h *L* *Ocum autẽ. Conſentiente.* etiam iure ſuo ſaluo: vt dixi modò ſupra.l.iij.proxi. Sed quomodo dicitur ſaluum ius, cum re religioſa nemo poſſit vti? Reſpõ. vti videtur, cum religioni permittit: ſicut & dicitur habere filium qui intrat monaſterium: vt in authen.de ſan.epiſ.§. ſed hoc præſenti.col.ix. nam lucrum eſt in piè agendo: vt in auth.de her.& Fal.§.ſi verò expreſſim.col.j.

A

conſequenter [a] fructuarius quidem adquirere fundo ſeruitutem non poteſt, [b] retinere autem poteſt. & ſi fortè fuerint non vtente fructuario amiſſæ, hoc quoque nomine tenebitur. [c] Proprietatis dominus ne quidem conſentiente fructuario ſeruitutem imponere [d] poteſt:

XVI. PAVLVS *libro tertio ad Sabinum.*

NIſi qua [e] * deterior fructuarij conditio non fiat, veluti ſi talem ſeruitutem vicino conceſſerit, ius ſibi [f] non eſſe altius tollere. [g]

XVII. VLPIANVS *libro octauodecimo ad Sabinum.*

LOcum autem religioſum facere poteſt cõſentiente [h] vſufructuario: & hoc verum eſt fauore religionis. [i] Sed interdum & ſolus proprietatis dominus locum religioſum facere poteſt. Finge enim eum [k] teſtatorem inferre, cum non eſſet tam opportunè vbi ſepeliretur. [l] Ex eo, [m] ne deteriorem conditionem fructuarij faciat proprietarius, ſolet quæri an ſeruum dominus coërcere poſſit. Et Ariſto apud Caſſium notat, pleniſſimam [n] eum coërcitionem habere, ſi modò ſine dolo [o] malo faciat: quamuis vſufructuarius ne contrariis quidem miniſteriis [p] aut inuſitatis [q] artificium eius corrumpere poſſit, nec ſeruum cicatricibus deformaret. [r] Proprietarius autem & ſeruum noxę dedere poterit, ſi hoc ſine dolo malo faciat: quoniam noxæ deditio iure non perimit vſumfructum, non

B

magis quàm vſucapio proprietatis [s] quæ poſt conſtitutum vſumfructum contingit. Debebit planè denegari [t] vſusfructus perſecutio, ſi ei qui noxæ accepit, litis æſtimatio non offeratur à fructuario. Si quis ſeruum occiderit, vtilem actionem exemplo Aquiliæ [u] fructuario dandam nunquam dubitaui.

XVIII. PAVLVS *libro tertio ad Sabinum.*

AGri vſufructu legato, in locum demortuarũ arborum aliæ ſubſtituendæ ſunt, [x] & priores ad fructuarium pertinent.

Verba per modum conditionis prolata, inducunt diſpoſitionem, quando diſpoſitio ſibi annexa alias non ſortiretur effectum: & tunc appellatione vſusfructus continetur proprietas. Barto.

C

XIX. POMPONIVS *libro quinto ad Sabinum.*

PRoculus putat inſulam poſſe ita legari, vt ei ſeruitus imponatur quæ [y] alteri inſulæ hereditariæ debeatur: hoc modo: *Si ille heredi meo promiſerit per ſe non fore quo altius ea ædificia tollantur, tum ei eorum ædificiorum vſumfructum do lego.* vel ſic: *Aedium illarum quo ad altius quàm vti nunc ſunt, ædificatæ non erunt, illi vſumfructum* [z] *do lego.*

D

Qui amouet impedimentum, non dicitur contra aduerſarium vti. Bartolus.

Si arbores vento [a] deiectas dominus non tollat, per quod incommodior is ſit vſusfructus, vel iter: ſuis actionibus [b] vſufructuario cum eo experiundum.

t *Denegari.* vſufructuario, vt.ſ.ſi ex noxa.cauſ.ag.l.ſi cum vſufructuario.&.j.de ſolu.ſi hominem.& de dam.infec.l.ſi finita.§. item queritur. Et hoc intellige, quando iuſſu prætoris fuit ſeruus ductus, proprietario non defendẽte: aliàs ſi defenderet proprietarius, & damnaretur, etiam vſumfruct. debet facere actoris: & ipſe officio prætoris conſequatur à fructuario, vt aut conferat ad litis ęſtimationem, aut careat fructu: vt.j.de noxal. ſi ex duobus. §. fina.&.l.ſi noxale. Vel dic quòd hîc nudã tantùm proprietatem dederat noxæ dominus. Item quare magis legatũ operæ perit vſucapione: vt infra de vſufruct. leg.l.ij.quàm vſusfructus? Reſpond. opera eſt in ſeruo tantùm qui citò moritur: ſicq; proprietas inutilis de facili eſt: & ſic facilius ad proprietatem vadat: ſed vſusfruc. frequentius in aliis rebus quæ perpetuæ ſunt: & ideo proprietario & eius heredi. vtiles: & ideo non ita facilè: licèt in vſufruc. ſerui eadem ratio ſit. ſed ad ea quę frequentius fiunt, aptantur iura.

u *Aquiliæ.* ſcilicet directæ: vt.j.ad.l.Aquil. itẽ Mela.§.fin.&.l.ſeq. &.ſ.de dolo.l.eleganter.§.ſi ſeruum.&.j.de ſer.corrupt.l.ſi quis.

x *A* *Gri. ſubſtituendæ ſunt.* vt & arg.j.eod.l.vetus.&.l. ſeq. Aliud eſt autem ſi hæ arbores vi tempeſtatis nõ culpa fructuarij euulſæ ſunt: vt infra eod.l.arbores. quæ eſt contra. Sed & hîc habet demortuas: ibi nõ: vt.ſ.eo.l.arboribus. in principio. Accurſius.

*P* *Roculus.*] CASVS. Legauit mihi vſum fruct. domus teſtator ſub hac conditione, ſi promittã heredi quòd eam non eleuem vt videam vmbras alterius domus, quæ remanebat penes heredem. vel his verbis, vſque dum, &c. an valeat legatum? Dicitur quòd ſic. [SI ARBORES.] Habeo vſumfruct. in fundo. ventus deiecit arbores. dominus debet tollere: & ad hoc ego agam per iudicem: vt ſic poſſim ire & vti per fundum. Cætera ſunt plana vſque ad.l.ſi pendentes. Viuianus.

i *Religionis.* ſ.hoc dicitur. Et ſic not.ar. ad multas contrarietates vbi dicitur, ſpeciale hoc fauore.ſic.j.de relig.ſunt perſonæ.
k *Eum.* proprietarium.
l *Sepeliretur.* vt & infra de relig.l.fin. Accurſius.
m *Ex eo.* ſcilicet quod dictum eſt, ne deteriorem, &c. vt ſupra. eo.l.ſed ſi quid.§.proprietatis.
n *Pleniſſimam.* non tamen vltra modum: vt infra de his qui ſunt ſui vel alie. iur.l.j.&.ij.§.fin. Vſufructuarius verò modicam: vt hic & infra eo.ſed ſicuti.§.quoniam. Item magiſter modicam: vt infra locat.item quæritur.§.idem Iul. Azo.
o *Dolo.* puta ſine læſione fructuarij: vt.ſ.eo.§.j.
p *Miniſteriis.* & ſic non habet ita liberum vſumfruct. vt proprietarius proprietatem. Accurſius.
q *Inuſitatis.* prius. Azo.
r *Deformare.* niſi ex cauſa: vt infra de verb.obli.l. qui ſeruum. & de lega.j.quid ſi ergo.§.heres.
s *Proprietatis.* ſcilicet perimit vſumfruct. vt hîc, &.j.de vſucap. l.iuſto.§.non mutat. nec pignus: vt.C.de pig.l.vſucapio.

E

y *Quæ.* ſcilicet ſeruitus. & hoc etiam inter viuos fieri poteſt: vt infra communia præ.ſi quis duas.j.reſpon. Accurſius.
z *Vſumfructum.* & ita plenã proprietatem legaſſe videtur legando vſumfruct. ſimile.j.de vſufruct.ea.re. quæ vſu conſu.l.fin. & .j.de aur.&.arg.leg.l.ſpecies. prohibuit enim eum altius tollere: quæ prohibitio in eo cui eſt legata proprietas, valet & ſeruitus imponatur. in fructuario verò nulla eſt: quia & ſine prohibitione altius nõ tolleret. Item cum remanet heredis res, eidem ſeruitutem debere non poſſet: vt.ſ.eo.ſi cuius.§.item Nerua &.j.de ſerui.ruſt.prędi.l.in re communi. Quidam tamen dicunt hoc intelligendum cum proprietatem vni, alij vſumfruc.legat: & onerat proprietarium ne altius tollat. Accurſius.
a *Vento.* vnde non ſunt fructuarij: vt.ſ.eo.l.arboribus.
b *Suis actionibus.* ſ.actione ex teſtamento cõtra heredem, vel interdicto quod vi aut clam, vel cõfeſſoria: vt.j.qui.mo.vſusfruc. amit.l. repeti. §. fina. &.l. ſed interdictum. & infra quod vi aut

clam. l. denique. j. reſpon. Quibus actionibus agetur vt tollat, vel pro derelicto habeat: vt argu. infra de dam. infec. l. prætor. in fin. &. ĵ. ne quid in loco pub. l. ij. §. ſi ex fundo.

Legatũ annuũ, an ſit vſus fructus.

a SI quis ita. *Eſſet*. quia ſimilis eſt vſuifructui: non tamen eſt vſusfructus: nam perit morte, ſed non capitis deminutione: vt infra de ann. leg. l. in ſingulos. ſecũdum quoſdam. & ſic nihil eſt contra. Sed tu dic quòd eſt vſusfructus qui ſic relinquitur. & ſic eſt contra infra eo. defuncta. §. Sẽpronio. & infra de vſufruct. le. l. fundi Trebatiani. vbi dicitur non eſſe vſusfructus. Sol. cum legat ex redactu vel reditu fundi vel etiã ex fructibus aliquã partem, nõ eſt vſusfructus: quia partẽ rerũ corporaliũ legat: vt illa. l. defuncta. At cum fructus annuos vel reditus legat: puto referre quib⁹ verbis relinquit. nam ſi dicat, do, lego: vſusfructus eſt: quia hæc eſt mens teſtãtis: vt hîc, & infra de vſufruct. leg. l. cum ita. Si autẽ dicat, dari volo, non eſt vſusfructus, quia voluit heredẽ dominũ eſſe fructuum, & eos præſtare legatario: vt dicta. l. fundi Trebatiani. & dicta. l. in ſingulos. Et eſt ad hoc argu. ĵ. de vſufruct. le. l. patrimonij. Item contra infra de ann. leg. l. Gaius Seius prædia. vbi dicit ſeruitutem non eſſe perſonalem: & ſic nõ vſumfruct. Sed dic quòd ibi omni anno heres præſtare debebat: nõ autẽ per ſe poterat percipere legataria, cũ dixerit teſtator, dari volo ſingulis annis: vnde nõ eſt vſusfruct⁹, ſed alia pręſtatio: vt in dicta. l. patrimonij. & l. fundi.

b SI ſerui. *Gratia*. vt ſi gratia fructuarij, ei adquiratur. ſi domini vel ipſius ſerui, tunc domino: vt hîc, & inſtit. per quas perſo. nob. adqui. §. itẽ quod ſerui. & ĵ. ad Treb. facta. §. ſi heres. Sed videtur indiſtinctè domino quæri: vt. ĵ. de adquir. rerũ do. l. fructuario. quæ eſt cõtra. Sed illam ſecundũ huius legis diſtinctionẽ intellige. Item alia ratione videtur indiſtinctè domino quæri: quia fructuarius nõ poſſet iubere adire: vt. ĵ. de adquir. here. l. aditio. §. præterea. quæ eſt contra. Sol. dominus iubebit & reſtituet fructuario: vt. ĵ. de vulg. & pup. ſubſti. ſed & ſi plures. §. in arrogato. & ĵ. de ſtip. ſer. l. pe. Et ad hoc poterit cogi officio iudicis: vt arg. ĵ. de aqua plu. arc. l. ij. ĵ. item Varus. cum & ſibi nõ noceat, & alteri proſit. Ex prædictis patet hunc ſeruum poſſe duplici iure habere peculiũ: vt. ĵ. de pecu. hinc quæritur. §. poteſt. Accurſius.

c SEd & ſi quid. *Adquiret*. imò indiſtinctè videtur domino reddendum totum: vt. ĵ. de actio. emp. Iulianus. §. ſi quis ſeruo. quæ eſt contra: vbi venditor indiſtinctè dat emptori. Sol. aliud in ſeruo vendito cui aliquid datum eſt poſt venditionem. totum enim dandum eſt emptori indiſtinctè: vt ibi. Item contra infra de ædil. edic. l. cum autem. §. fin. & l. ſeq. Sed & ibi eſt alius caſus, in ſeruo ſcilicet redhibito, vt indiſtinctè omnia reddantur venditori. Vel dic ita etiam ibi diſtinguendum vt hîc, vt ibi dices. Item contra. ĵ. de adquiren. re. domi. cum fructuarius. vbi indiſtinctè dicit domino quæri donata huiuſmodi. Solu. dic indiſtinctè: id eſt nõ habita diſtinctione contẽplatione ipſius ſerui, vel domini, quin in vtroq; caſu domino quæratur. ſecus ſi fructuarij, vt hîc. Item opponitur adhuc, quomodo ex hac cauſa quæritur: cũ nec ſit ex re, nec ex opera? Reſpõdetur. imò ex re videtur eſſe, ſi eius cõtemplatione fiat: vt ĵ. de adquir. here. aditio. in fi. Accur.

A

Qui legat fructus annuos, videtur legare vſumfructum formalem. Bartolus.

XX. VLPIANVS *libro octauodecimo ad Sabinum.*

SI quis ita legauerit: *Fructus annuos fundi Corneliani Gaio Mæuio do lego*: perinde accipi debet hic ſermo, ac ſi vſusfructus fundi eſſet [a] legatus.

XXI. IDEM *libro ſeptimodecimo ad Sabinum.*

SI ſerui vſusfructus ſit legatus: quicquid is ex opera ſua adquirit, vel ex re fructuarij, ad eum pertinet: ſiue ſtipuletur, ſiue ei poſſeſſio fuerit tradita. Si verò heres inſtitutus ſit, vel legatum acceperit: Labeo diſtinguit cuius gratia [b] vel heres inſtituitur, vel legatum acceperit.

XXII. IDEM *libro octauodecimo ad Sabinum.*

C

SEd & ſi quid donetur ſeruo in quo vſusfructus alterius eſt: quæritur quid fieri oporteat. Et in omnibus iſtis, ſi quidem contemplatione fructuarij aliquid ei relictum vel donatum eſt, ipſi adquiret: [c] ſin verò proprietarij, proprietario: ſi ipſius ſerui, adquiretur domino. Nec diſtinguimus [d] vnde cognitum eum, & cuius merito habuit qui donauit, vel reliquit. Sed & ſi conditionis implendę cauſa quid ſeruus fructuarius conſequatur, [e] & conſtiterit cõtemplatione fructuarij eam conditionem adſcriptam: dicendum eſt ipſi adquiri. Nam & in mortis cauſa donatione idem dicendum eſt.

D

XXIII. IDEM *libro ſeptimodecimo ad Sabinum.*

SEd ſicuti ſtipulando [f] fructuario adquirit, ita etiam paciſcendo [g] eum [h] adquirere exceptionem fructuario, Iulianus libro trigenſimo Digeſtorum ſcribit. * Idemque & ſi acceptum [i] rogauerit, liberationem ei parere. Quoniam autem diximus [k] quod ex operis adquiritur, ad fructuarium pertinere: ſciendum eſt etiam cogendum [l] eum operari. † Etenim modicam quoque caſtigationem [m] fructuario competere Sabinus reſpondit: & Caſſius libro octauo iuris ciuilis ſcripſit. vi neque torqueat, neque flagellis cædat.

Licitum eſt arguere ab his quæ fieri conſueuerunt. Alber.

XXIIII. PAVLVS *libro decimo ad Sabinum.*

SI quis donaturus vſufructuario, ſpopõderit ſeruo in quem vſumfructum habet, ſtipulãti, ipſi vſufructuario obligabitur: quia vt ei ſeruus talis ſtipulari poſſit, vſitatum [n] eſt.

XXV. VLPIANVS *libro octauodecimo ad Sabinum.*

SEd & ſi quis [o] * ſtipuletur ſibi aut Sticho ſeruo fructuario donandi cauſa, dum vult fructuario præſtitum: dicendum, ſi ei [p] ſoluatur, fructuario adquiri.

Vbi pendet cauſa, pendet cauſatum.

Interdum tamen in pendenti eſt cui adquirat iſte fructuarius ſeruus: vtputa ſi ſeruum emit: & per traditionem accepit: necdum pretium numerauit, ſed tantummodo pro eo fecit ſatis: [q] interim cuius ſit quæritur. Et Iulianus libro trigenſimoquinto Digeſtorum ſcripſit in pendenti eſſe dominium eius: [r] & numerationem pretij declaraturam cuius ſit. Nam ſi ex re fructuarij, retro fructuarij fuiſſe. Idémque eſt & ſi fortè ſtipulatus ſit [ſ] ſeruus, numeraturus pecuniam. nam numeratio declarabit cui ſit adquiſita ſtipulatio. Ergo oſtendimus in pendenti [t] eſſe dominium

E

* In vulgata editione eſt lex, Idẽque 28.

Conc. l. 63. ĵ. de ſolut. l. 11. ĵ. de accepti.

† Iſte tex. ſecũdum Bal. eſt argu. ad duo. primò quòd maritus poteſt cogere vxorẽ ad operãdũ. concor. l. ſicut. ff. de ope. liber. Itẽ ſi famulus tuus nõ vult operari, potes eũ caſtigare moderate. Et dicit hic Bal. quòd familiaris inimicus peſſima peſtis eſt.

* Flo. quid.

Caſtigatio modica quibuſdã competit.

d *Nec diſtinguimus*. cũ cõſtet cuius contẽplatione factũ eſt. & ſic nõ ob. ĵ. de caſtrẽ. pecul. l. ſi fortè. & l. caſtrẽſe. & l. miles. & l. filiusfa. & l. dotem. §. fi. in quibus diſtinguitur, an ſit notus filiusfam. ab eo qui in caſtris ei donat vel dat. Accurſius.

e *Conſequatur*. vt quia aliquis fuit inſtitutus heres ſi. x. daret ſeruo fructuario.

f SEd ſicuti ſtipulando. ex ſua opera, vel re fructuarij.

g *Paciſcendo*. de non petendo. Accurſius.

h *Eum*. ſcilicet ſeruũ.

i *Acceptum*. vt infra de accep. l. ſpecies.

k *Diximus*. ſupra eo. ſi ſerui.

l *Cogendũ*. vt. ĵ. de vſu & habi. l. plenum. §. fi.

m *Caſtigationem*. Nota modicã caſtigationem fructuario competere, ſic & docẽti: vt &. ĵ. ad l. Aquil. ſed & ſi. §. fina. & creditori: vt infra de pig. act. eleganter. in fi. & de hoc dixi ſupra eo. locum. §. ex eo.

n SI quis donaturus. *Vſitatũ eſt*. Not. arg. quia vſitatum eſt. ſic. &. ĵ. de ædil. edict. quòd ſi nolit. quia aſſidua. &. ĵ. de aqua plu. arcen. l. ſi prius. §. j.

o SEd & ſi quis. ſcilicet extraneus.

p *Si ei*. ſcilicet ſeruo. & ſic in obligationibus diſtingue ſtipulantem quem quis iniecerit donaturus, aut repetiturus. Bul. i. ſi ſtipuletur adiecto animo donandi, adquiritur adiecto: nec repetitur: vt hic, & infra de verbo. oblig. Iulianus. §. qui fundum. & inſtit. de inuti. ſtipul. §. ſi quis aliquam.

q *Fecit ſatis*. dando fideiuſſorem pro ſoluendo pretio. Accur.

r *Eius*. fructuarij.

ſ *Stipulatus ſit*. quo caſu ex ſtipulatione ſola non numeratione naſcitur actio: vt infra de noua. ſi ita fuerit. §. fi. & l. ſeq.

t *In pendenti*. Not. in pendẽti eſſe dominium donec numeratio declaret cuius ſit: vt hîc, & infra de acquir. re. do. ſi ſeruus qui. §. fin. & ĵ. de ædil. edic. bouem. §. fin. & arg. ĵ. ſi cer. pe. l. proinde: & infra de re. dub. quędam. Sed contra infra de ſtipul. ſer. l. ſi ſeruus communis. Solu. hoc accipe, ſcilicet eſſe in pendenti, attenta futura ſignificatione, non præſenti ſtatu. cum enim hodie certum ſit

ſit rem traditã non eſſe ex re fructuarij, vel opera ſerui: ergo domino eſt quæſita: vt inſtit. per quas perſonas no. adquir. §. de his. præterea in. l. cõtraria alius caſus eſt, ſcilicet in duobus dominis. hîc autem in fructuario & domino.

a *Adhuc intereſſe*. aliàs hîc incipit. l. aliàs non.

b *Humanior eſt*. imò alia ſentẽtia videtur verior: vt. j̃. de act. emp. ſi ſeruus. in princ. quę eſt cõtra. Sol. hæc ſentẽtia vt humanior recipitur, ibi verò de rigore dicit. Vel ibi ſoluit fructuarius, hîc ſeruus. Vel ibi erat res tradita, hîc nõ eo tẽpore quo finitur vſusfruct⁹. Vel ibi vſufructuarius fuit in delicto, quare fuit capi. de. hîc non. prima verior.

c *Et dena*. id eſt. x. & x. vt infra de leg. j. ſi quis teſtamento. ſed hic ponitur pro. x.

d *Numeratione*. i. numerando. Azo.

e *Vindicabit*. dominus eorum.

f *Condictionẽ*. ſ. indebiti: vt per cõdictionem indebiti repetantur: vt j̃. de condict. indeb. cũ duo. &. l. ſi non fortẽ. in prin. Accur.

g *Soluit*. ſeruus. liber autem homo poſſet facere.

h *Nihil fecit*. no. ratione incertitudinis neutrum valere: vt infra de in diem addi. l. cũ duo ſerui. &. j̃. de fund. inſtruct. & inſtr. le. l. quęſitũ. §. ſi quis eidem. & j̃. communia prędio. l. in tradendis. in prin. & j̃. de re. dub. ſi fuerit.

i *Accipiẽtis*. ſed ſi vn⁹ repetat pecuniã ſuam, altera ſtatim efficit̃ illius, & ſic illi res adquiritur cui⁹ fuerat alia pecunia. ſi autẽ pro parte vterq; repetat, puta vnus quinq;, alius alia quinq;: pro parte dimidia vtriuſque dominiũ illi⁹ rei adquirit̃. nã poteſt bene ꝑ parte repeti, quia fuit quãtitas: vt infra de cõdictio. inde. l. ſi nõ ſortem. §. ſi centum. &. §. idem Marcellus. Vel quod melius eſt, non poterit aliquis eorum repetere niſi pro parte, obſtante ſibi exceptione: vt infra de condict. inde. ſi pœnæ cauſa. §. fina. & ſic extunc dominium erit cuiuſlibet pro rata.

† In vulg. eſt lex, Adhuc. 31.

donec pretium numeretur. Quid ergo ſi amiſſo vſufructu tunc pretium numeretur? Iulianus quidem libro trigenſimoquinto Digeſtorum ſcripſit, adhuc † intereſſe [a] vnde ſit pretium numeratum. Marcellus verò & Mauricianus amiſſo vſufructu iam putant dominium adquiſitum proprietatis domino. Sed Iuliani ſententia humanior eſt.[b] Quòd ſi ex re vtriuſq; pretiũ fuerit ſolutum, ad vtrũque dominium pertinere Iulianus ſcripſit: ſcilicet pro rata pretij ſoluti. Quid tamen ſi fortè ſimul ſoluerit ex re vtriuſque? vtputa decem milia pretii nomine debebat, & dena [c] ſoluit ex re ſingulorum: cui magis ſeruus adquirat? Si numeratione [d] ſoluit, intererit cuius priores nummos ſoluat. Nam quos poſtea ſoluerit, aut vindicabit: [e] aut ſi fuerint nummi conſumpti, ad condictionem [f] pertinent. Si verò ſimul in ſacculo ſoluit, [g] nihil fecit [h] accipientis: & ideo nondum adquiſiſſe cuiquam dominium videtur: quia cum plus pretium ſoluit ſeruus, nõ faciet nummos accipientis. [i]

Pulcher. §. Pro tempore quo durat vſusfructus, in effectu quæritur fructuario: pro tempore quo non durat, in effectu proprietario. hoc dicit cum. l. ſi operas. infra eod. Alber. de Ro.

Si operas ſuas iſte ſeruus locauerit, & in annos ſingulos certum aliquid ſtipuletur: [k] eorum quidem annorum ſtipulatio quibus vſusfructus manſit, adquiretur fructuario: ſequentium [l] verò ſtipulatio ad proprietarium tranſit ſemel adquiſita fructuario: quamuis non ſoleat ſtipulatio ſemel cui quæſita, ad alium tranſire, niſi ad heredem vel adrogatorem. [m] Proinde ſi fortè vſusfructus in annos ſingulos fuerit legatus, [n] & iſte ſeruus operas ſuas locauit, & ſtipulatus eſt vt ſupra ſcriptum eſt: [o] prout capitis minutione [p] amiſſus fuerit vſusfructus, mox reſtitutus, [q] ambulabit ſtipulatio: profectáque ad heredem, redibit ad fructuarium. Quæſtionis eſt, an id quod adquiri [r] fructuario non poteſt, proprietario adquiratur. Et Iulianus quidem libro trigenſimoquinto Digeſtorum ſcripſit, quod fructuario adquiri non poteſt, proprietario quæri. Denique [ſ] ſcribit eum qui ex re fructuarij ſtipuletur nominatim proprietario, vel iuſſu eius, ipſi adquirere. [t] Contrà [u] autem nihil agit ſi non ex re fructuarij, nec ex operis ſuis fructuario ſtipuletur. [x] Seruus fructuarius ſi vſumfructum in ſe dari [y] ſtipuletur, [z] aut ſine nomine, aut nominatim [a] proprietario, ipſi proprietario adquirit, exemplo ſerui communis, qui ſtipulando rem alteri ex dominis cuius res [b] eſt, nihil agit: quoniam rem ſuam ſtipulando quis nihil agit: alteri ſtipulando, adquirit ſolidum.

Si ſeruus conducat fructuario operas ſuas, vel rem ſuã: nihil valet, niſi nominatim proprietario ſtipuletur vel conducat. h. d. Albe. de Roſa.

Idẽ Iulianus eodem libro ſcripſit, † ſi ſeruo [c] fructuarius operas eius locauerat, nihil agit. [d] Nam & ſi ex re mea, inquit, à me

† In vulgata editione eſt lex, Si ſeruo. 32.

k *Stipuletur*. puta vſque ad quinquennium: & pro quolibet anno nomine penſionis. x. ſtipulatus eſt.

l *Sequentium*. quibus non manſit. & quod dicit, ſtipulatio. i. cõmodum quod ex ſtipulatione venit: nõ autẽ ſtipulatio iſta. nam prout durat vſusfruct. durat ſtipulatio. ſtatim cũ finitur ſtipulatio: & ipſo iure proprietario quæritur, nõ ex trãſactione: vt. j̃. de ſtipu. ſeruo. l. ſi ſeruus communis. §. fi.

m *Vel adrogatorẽ*. vt. inſti. de adqui. per adroga. §. j. & ſubaudi, vel ad aliũ ſimilẽ, vt bo. poſſeſſorem vel fideicõmiſſariũ. Accur.

n *Legatus*. ſcilicet in hoc ſeruo qui ſuas locauit operas.

o *Supra ſcriptum eſt*. ſcilicet in annos ſingulos.

p *Minutione*. maxima vel media, vel etiam minima olim: vt C. de vſufruct. l. corruptionem.

q *Reſtituitur*. aliàs reſtitutus. ſ. vſusfruct. vſufructuario mox. i. in anno ſequenti. aliàs reſtituitur: & expone eo modo vt infra qui. mo. vſusfruct. amit. l. j. in fi. &. l. ij. Sed ſi in medietate primi anni capite deminutus fuerit, nõne totam penſionem habebit? quod videtur: vt infra de an. leg. l. à nobis. & infra de ſtip. ſer. l. ſi ſeruus communis meus. §. cum ſeruus. Sed arg. contra infra eo. l. ſi operas? Reſpon. totũ quæri: ſed per condictionẽ ſine cauſa, eius tẽporis quo amiſit vſumfructũ penſionẽ domino pręſtabit. Vel dic vt. d. l. ſi operas. Quod autẽ hic dicit, ambulat ſtipulatio, expone, id eſt commodũ ſtipulationis, vt in ſuperiori caſu: vt nõ ſit cõtra infra de ſtipu. ſer. ſi ſeru⁹ communis meus. in prędicto. §. cũ ſeruus. Vel poteſt dici pro rata tẽporis ſtipulationẽ quæri fructuario, cum ex ſuo delicto amiſit vſumfruc. ſec⁹ ſi per mortem, vt ibi. Vel dic ad prĩcipiũ gloſ. refertur apti⁹: licèt in ſingulos annos fuerit legatus: tamẽ ſi capi. demi. maximã vel mediã patiatur: & in ſequẽtibus nhil reſumit: vt not. j̃. quib. mod. vſuſfru. amit. l. iij. niſi reſtitueretur in integrũ. & ita aget ꝑprietari⁹ ſingulis annis antequã reſtituatur: lex tamẽ notat differentiã inter vſumfruct. & annuũ legatum, ſecũdum Azo. vt infra de ann. lega. in ſingulos. & ſic poteſt ſolui lex à nobis: vt. j̃. eo. l. ſi operas. Itẽ not. hîc quòd actio vel ſtipulatio ambulat: vt ſupra de mino. in cauſæ. §. fina. &. l. ſequẽ. &. j̃. de aqua plu. ar. l. ſi tertius. §. ſi prius. Accur.

r *Adquiri*. Pone exẽplum, vt quia rem fructuarij ſtipulat̃: vt inſtit. de ſtip. ſer. §. fi. Vel pone quòd fructuari⁹ erat Iudæus, & ex eius pecunia emit ſeru⁹ mãcipium Chriſtianũ: vt C. de epiſc. & cle. l. deo nobis. §. pe.

ſ *Denique ſcribit*. quaſi dicat, non ſolùm in præmiſſo caſu adquiritur proprietario, ſed etiam in his duobus ſequentibus.

t *Adquirere*. ſed tenetur reſtituere: vt infra de ſtipul. ſer. l. pen. & facit infra de ſtipul. ſeruo. l. j. §. pe. & de adquir. re. do. l. per ſeruũ. §. fructuarius.

u *Contra autem*. i. ſi ex re proprietarij ſtipuletur fructuario.

x *Stipuletur*. ſ. ex re proprietarij. nam ex illis duabus cauſis tantùm quæritur fructuario: vt ſupra eo. ſi ſerui vſusfruct.

y *In ſe*. ſcilicet conſtitutum.

z *Stipuletur*. ſ. ab vſufruct. & non ſibi, ſed proprietario, vel ſine nomine, vt ſubiicit. Aliud enim ſi ſibi: ſicut quando ſibi conducit: quia nihil agitur: vt. j̃. ſtatim ſubiicit. §. idem Iulianus. Vel hîc iuſſerat proprietarius, ibi non: vel vt ibi.

a *Nominatim*. ſcilicet proprietario, quod aliàs in textu eſt.

b *Cuius res*. & ſubaudi, ei cuius &c. nam non valet: vt hic, & infra de ſtipu. ſer. §. fina.

c *Si ſeruo*. aliàs. §. idem Iulianus. aliàs incipit lex, ſi ſeruo.

d *Nihil agit*. vt domino quærat. Et eſt ratio: quia quãtum ad ea

quæ ex opera proueniunt, ſimile eſt hîc habēti plenam proprietatem, quam certum eſt à ſeruo ſtipulari non poſſe. nec eſt cōtra ſupra eo. l. proxi. §. ſi ſeruus. vt ibi modò dixi. Vel ibi non ſtipulabatur ſeruus à fructuario ex operis: & ideo valet.

ſtipulatus ſit,[a] nihil agit: non magis quàm ſeruus alienus bona fide mihi ſeruiens, idem agendo,[b] domino quicquam adquirit. Simili modo (ait) ne quidem[c] ſi rem meam à me fructuario cōducat, me non obligabit.[d] Et regulariter definiit, quod quis ab alio ſtipulando mihi adquirit, id à me ſtipulando nihil agit:[e] niſi fortè (inquit) nominatim domino ſuo ſtipuletur à me, vel conducat. B

Nota quòd iuſſus operatur idē quod nominis expreſſio. Bal.

Si duos fructuarios[f] proponas, & ex alterius re ſeruus ſit ſtipulatus: quæritur, vtrum totum, an pro parte qua habet vſumfructum, ei quæratur. Nam & in duobus bonæ fidei poſſeſſoribus[g] hoc idem eſt apud Scæuolam agitatum libro ſecundo quæſtionum. & ait vulgo creditum, rationémque hoc facere, C ſi ex re alterius[h] ſtipuletur, partem ei dumtaxat quæri, partem domino.[i] Quòd ſi nominatim ſit ſtipulatus,[k] nec dubitari debere quin adiecto nomine ſolidum ei quæratur. Idémque ait & ſi iuſſu eius ſtipuletur: quoniam iuſſum pro nomine accipimus.[l] Idem & in fructuariis[m] erit dicendum: vt quo caſu non totum[n] adquiretur fructuario, D proprietatis domino erit quæſitum: quoniam ex re fructuarij quæri ei poſſe oſtendimus.[o]

Quod autem diximus,[p] ex re fructuarij vel ex operis poſſe adquirere, vtrum tunc locum habeat, quotiens iure legati vſusfructus ſit conſtitutus: an & ſi per traditionem vel ſtipulationem vel alium quemcunque modum, videndum. Et vera eſt Pegaſi ſententia, quam & Iulianus libro ſextodecimo ſecutus E eſt, omni a[q] † fructuario[r] adquiri.

Pro rata temporis quoad vſusfructus durauit, diuiditur emolumentum ſtipulationis inter proprietarium & fructuarium. Bald.

XXVI. PAVLVS *libro tertio ad Sabinum.*

SI operas ſuas locauerit[ſ] ſeruus fructuarius, & imperfecto[t] tempore locationis vſusfructus interierit: quod ſupereſt,[u] ad proprietarium pertinebit. Sed & ſi ab initio certam ſummam propter operas certas ſtipulatus fuerit: capite deminuto eo idem dicendum eſt.[x]

Fructus pendentes die vſusfructus legati cedente ſpectant ad fructuarium. Albericus.

XXVII. VLPIANVS *libro octauodecimo ad Sabinum.*

SI pendentes[y] fructus iam maturos reliquiſſet teſtator, fructuarius eos feret,[z] ſi die legati cedente[a] adhuc pendentes deprehendiſſet. Nam & ſtantes[b] * fructus ad fructuarium pertinent.

Si dominus ſolitus fuerit tabernis ad merces[c] ſuas vti, vel ad negotiationem: vtique permittetur fructuario locare eas & ad alias merces: & illud ſolum obſeruādum, ne vel abutatur[d] vſufructuarius, vel contumelioſè[e] iniurioſéve vtatur vſufructu. Si ſerui vſusfructus legatus eſt, cuius teſtator quaſi miniſterio vacuo[f] vtebatur:[g] ſi eum diſciplinis[h] vel arte[i] inſtituerit vſufructuarius, arte eius vel peritia vtetur.

Onera realia quę præſtātur à re, vel occaſione rei, ad fructuarium pertinent. Albericus.

Si quid cloacarij[k] nomine debeatur, vel ſi quid ob formam aquæductus qui per agrum[l] tranſit, pendatur, ad onus fructuarij pertinebit. Sed & ſi quid

a *Stipulatus ſit*. puta penſionē ex domo mea fructuarij. & eſt hîc eadem ratio quam modò reddidi in ſuperiori reſponſo.

b *Agendo*. id eſt ſtipulando à me, & ex re mea, vel opera ſua.

Græciſmus. c *Ne quidē*. hæc negatio ſuperfluit propter ſequētem. ſic ſupra eo. ſi cuius. §. fructuarius.

d *Nō obligabit*. niſi fortè nominatim ei domino ſtipuletur: vt ſupra proxi. §. ſi ſeruus. & infra proxi. §.

e *Nihil agit*. ſcilicet vt me obliget. obligabit tamē ipſe dominus de peculio mihi fructuario ex eo cōtractu quē iniui cum ſeruo: vt infra de pec. l. ſi creditor. §. fina. quæ eſt cōtra. nā fructuarius cum ſeruo contrahendo mercedē pro operis ei imponere poteſt: vt. j. de vſu & ha. l. ſed & ipſi.

f *Si duos fructuarios*. id eſt qui habēt vſumfructum in ſeruo.

g *Et in duobus bonæ fid. poſſeſſoribus*. Primò reſpō. & poſtea dicit idē in fructuariis. Accur.

h *Ex re alterius*. ſcilicet bo. fi. poſ.

i *Partem domino*. alius ergo bo. fid. poſ. impedit: ipſi tamen nō quærit: ſed domino, vt hîc. Sed contra infra de acquir. re. do. l. qui bona. §. fina. & infra de ſtip. ſer. l. ſi alienus ſeru⁹. in quib⁹. ll. dicitur quòd totum quęritur ei poſſeſſori, ex cuius re quęſiuit. Sol. hîc de rigore: ibi de æquitate. Vel ibi ſtipulabatur rem quæ erat domini: vnde ſibi plus quæri nō poterat. Vel verius dic pro parte quærit, vt hîc dicit: ſed tamē dominus debet reſtituere per condictionē ſine cauſa: vt infra de ſtip. ſer. l. pen. & ſic inſpecto exitu totum acquiritur ei, ex cuius re fuit ſtipulatus, vt in legibus contrariis.

k *Stipulatus*. domino. Accur.

l *Accipimus*. vt C. per quas perſo. no. acqui. l. ſi duobus. & infra de ſtipu. ſer. proinde. Accur.

m *Idem & in fructuariis*. ſ. quod eſt in bon. fid. poſſeſſoribus. & ideo hîc ſigna & ſolue contrarium infra de ſtip. ſer. ſi alienus. & ſolue eodem modo vt modo dixi circa bonæ fi. poſſeſ.

n *Non totum*. quia non totus vſusfruct. eiùs fit.

o *Poſſe oſtendimus*. vt ſupra eo. l. adhuc. §. quæſtionis.

p *Quod autem diximus*. ſupra eo. l. ſi ſerui.

q *Omnia*. quæſita ex re, vel ex operis.

r *Fructuario*. ſcilicet cuilibet.

ſ *SI operas ſuas locauerit*. in quinque annos.

t *Imperfecto*. id eſt nondum impleto.

u *Quod ſupereſt*. i. eius tēporis penſio. Azo. & ſic non eſt contra A j. de ſtip. ſer. ſi ſeru⁹ communis. §. fi. & vt diximus. ſ. e. l. adhuc. §. ſi operas.

x *Dicendum eſt*. fortè refert an amiſſus ſit vſusfruc. propter delictum fructuarij, an alia de cauſa: vt in primo obtineat quod hîc dicitur. In ſecundo eius anni in quo amittitur, retineat omnia: & nihil ad proprietariū redeat: vt arg. infra de an. leg. à nobis. ſed certè aliud eſt in annuis decē relictis: vt dicit. l. illa, à nobis. & aliud in vſufruct. in quo etiā ſi maturis fructib⁹ finiatur vſusfructus, nō tamen vltra debet habere: vt. j. eo. defuncta. & infra de ann. leg. l. in ſingulos.

† omni. Cuiac lib. obſ. c.36.

SI pendentes.] CASVS. Duo dicit. Teſtator legauit mihi vſumfruct. in quo erāt ſegetes, & alij fructus ſuper arbores: quæritur cuius eſſent, ſi tempore hereditatis aditæ adhuc ſunt ſuper fundum? Et reſpon. quòd ſunt fructuarij. [SI QVID.] Habeo vſum fructū in domo, & in quodam fundo. Dicitur hîc, quòd quo ad domum debeo ſoluere illi qui per ciuitatem cloacas mundat: & alia quædam onera ſuſtinere: & quo ad fundum in quo habeo vſumfructū, debeo ſuſtinere expenſas aquæductus: & etiam expenſas exercitus tranſeuntis: & alia onera quæ ſunt in textu. Viuianus.

* ſic Flor. ſunt tamen qui magis probēt vulgatā lectionē, extantes.

y *Si pendētes*. vt poma. Accur.

z *Feret*. vſufructu legato. Azo.

a *Cedēte*. alioquin ſint heredis: ſicut & ſerui ſunt, qui naſcuntur ex ancilla pendente conditione libertatis: vt C. de fideicom. lib. l. cum libertatem.

b *Stantes*. vt ſegetes: vel pro eodem ponit, ſecundum quoſdā. Sed quid ſi heres morā fecerit in adeundo: vt ſic fructus pendentes fructuarius non deponeret? Reſpon. tenetur de dolo, ſi hoc doloſè fecerit: vt. j. de fideicom. lib. ſi quis rogatus. & . j. eo. ſi vſusfru. legatus. in prin.

c *Merces*. modus enim non qualitas vtendi inſpicitur: vt ſupra eo. item ſi fundi. §. fi.

d *Abutatur*. ſcilicet vt res intereat.

e *Contumelioſe*. & ſic non meretricibus: vt. ſ. eo. ſi cuius. §. fin. & l. ſed & ſi quid. §. ſufficienter.

f *Vacuo*. i. vili, & quaſi nullo, & quaſi mediaſtini.

g *Vtebatur*. vt cuſtos porcorum.

h *Diſciplinis*. etiam liberalibus.

i *Arte*. ſcilicet mechanica.

k *Si quid cloacarij*. id eſt propter cloacæ publicæ refectionem.

l *Per agrum*. eundem vel alium.

*Ad collationem*

a *Ad collationem.* impendendum ſit.
b *Exercitus.* ſcilicet impendendum ſit, vt felicis embolæ, vel aduentus principis: vt. C. de ſac. ec.l. iubemus nullam. &. l.neminem.& facit infra eo.l.vſufruct.relicto.& ſupra eod.l. hactenus.&.l.vij.§.quoniam.& infra de vſufruct.leg.l.quæro.
c *Municipio.* ſcilicet ſit præſtandum.
d *Pertinebunt.* imò videtur quòd ad dominum: vt.ꝟ. de leg.iij.l. qui cõcubinam.§. qui ortos. quæ eſt contra. Solu. ſi ibi fructuarius ea præſtitiſſet,nihil valeret legatum, quod ei remanſiſſet.vel ibi.
e *Fundo.* à teſtatore: & antequam vſusfructus eſſet conſtitutus.
f *Debeatur.* ergo conſtituta erat.
g *Sub pœna.* ſi moraretur in certis locis.Azo. vt infra de ſer.expor.l. Titius.
h *Quibuſdam.* ſ.locis.
i *Debere.* infra eod.arbores. §.j. contra, vbi reiicit colonum. Solu. hoc ideo, quia hîc parum, vel nihil de libero fruendi arbitrio dimittit: at ibi ſic.
k *Non boni.* quod facere debet. Si ergo proprietarius ab hoc aliquid præſtitit, petit à fructuario,ſi ille in culpa deprehendatur.Sed an etiã contra proprietarium cõmittitur pœna,ſi contra facit fructuarius? Reſpon. ſic: vt.ꝟ. de contrahenda empt.l.ſi quis ſub.
l *Numiſmatũ.* genus númi valens decẽ:in quo imago principis, vel alterius eſt: vt.ꝟ. de auro & argen.lega.l. Quintus.§. ſi autem aurum. Accurſius.

† manuſ-functiones. Vide C.Th. de indulg. debit.

ad collationem [a] viæ, puto hoc quoque fructuarium ſubiturum. Ergo & quod ob tranſitum exercitus, [b] confertur ex fructibus: ſed & ſi quid municipio, [c] (nam ſolent poſſeſſores certam partem fructuum municipio viliori pretio addicere: ſolent & fiſco fuſiones † præſtare) hæc onera ad fructuarium pertinebunt. [d]

Vſuſfructuarius poteſt vti re ſecundum conditionem & poſſibilitatem rei: & ita, vt non incidat in pœnam per proprietarium impoſitam. Bartolus.

Si qua ſeruitus impoſita eſt fundo, [e] neceſſe habebit fructuarius ſuſtinere. vnde & ſi per ſtipulationem ſeruitus debeatur, [f] idem puto dicendum. Sed & ſi ſeruus ſub pœna [g] emptus ſit interdictis certis quibuſdam: [h] an ſi vſusfructus eius fuerit legatus, obſeruare hęc fructuarius debeat? & puto debere [i] eum obſeruare: alioquin non boni [k] viri arbitratu vtitur & fruitur.

In numiſmatibus poteſt conſtitui verus vſusfructus: quia vſu non conſumuntur. hoc dicit. Alberi. de Roſa.

XXVIII. POMPONIVS *libro quinto ad Sabinum.*

Numiſmatum [l] aureorum vel argenteorum veterum quibus pro gemmis vti ſolent, vſusfructus [m] legari poteſt.

XXIX. VLPIANVS *libro octauodecimo ad Sabinum.*

m *Vſusfructus.* quo caſu etiam proprietas legata videtur ſecundum quoſdã:vt.s.eo.l.Proculus.Vel dic quòd vſusfruc.tantùm. & poterat talis haberi fructus, vt pignori obligentur. fructus enim,&c.vt.ꝟ.de vſur.l.ſi. Sed hoc falſum eſt ſimiliter:quia fructuarius non poteſt obligare:vt.C.eo.l.intereſt.& quod dicitur, fructus rei eſt,&c.id eſt vtilitas.Io. Dic ergo quòd hîc erat vſuſfruct.& erit fructus in hoc,quòd pro gemmis tanquam monilia portentur ad pectus:vt hîc,&.ꝟ.ad exhib.l.Iulianus.§.ſi tibi.x.

O *Mnium.* ]CASVS. Aliquis vult mihi legare vſumfructum omnium bonorum: bene poteſt: niſi in quarta, quæ debet remanere heredi de bonis.Viuianus.

n *Omnium bonorum.* ſcilicet propriorum.Et not.quòd in quibuſdam dicitur propriè vſusfruct. in quibuſdam impropriè: vt. & C.eod.l.ſi vſusfruct. in his enim quæ conſumuntur vſu, impropriè: vt inſtit.de vſufruct.§.conſtituitur. &.ꝟ.de vſufruct.ea.re. quæ vſu conſu.l.iij.Item in ſeruitutibus: vt.ꝟ.de vſufru.leg.l.j. Item in omni incorporali re: licèt bonorum appellatio etiam incorporalia contineat: vt.ꝟ.de verbo.ſignif.l.bonorum. Item not.quòd in tali legato oportet æſtimari proprietatem & vſumfruct.nam poteſt minus valere proprietas quàm vſufru.& econtra. nam ſi legetur alicui habenti.xl.annos, vel plus, fit computatio.v.annorum,ſi puero.xxx. annorum: vt.ꝟ.ad.l.Fal. hereditatum. Item in eo quòd dicit dodrantis, habet locum in extraneo herede inſtituto. ſecus in filiis, qui habent legitimam cum vſufruct.vt in authen.de trien.& ſemiſ.§.prohibemus.coll.iij.& ſecundum hoc intellige.ꝟ.de vſufruct.leg.l.vxori meæ. quæ eſt contra.&.ꝟ.eo.l.ſi mihi.Accurſius.

Vſuſfructus propriè & impropriè competere poteſt.

A S *I is qui.* ]CASVS. Teſtator duas domos habebat: in vna legauit mihi vſumfruct. poterit quidem heres exaltare aliam retentam,cuius vſumfruct.non legauit: & auferre mihi lumen: dummodo parum luminis mihi dimittat.Viuianus.

o *Obſtruere.* aliter in domo locata,etiam ab extraneo obſcurata: vt.ꝟ.loca.ſi merces.§.ij.
p *Sufficit.* ſic eſſet & ſi proprietas aliarum rerum eſſet legata:vt infra de ſer.vrb. prædi.l. binas. & infra ſi vſuſfruct.peta.l.j.§.fin.
q E *X re fructuarij.* *Donauerit.* vt habeat in peculio: vt.ꝟ. de pecu.l.quis ergo.& de acquir. re. do. per ſeruum.§.j.&.ꝟ.de vſu & hab.l. ſi ita. §. fin. Aliud ſi vt alieno: vt infra de acquir. re.do. l.quod fructuarius.
S *I quis.* ]CASVS. Vnã domũ habeo: eam tibi trado ex cauſa vẽd. vel aliàs. ſed paciſcor, vt vſusfructus mihi remaneat.pactum valet: ſed non valet, ſi ſeruitutem talẽ exciperem: puta altius nõ tollẽdi, cum ego non habeam domũ cui hæc ſeruitus debeatur.Secundò dicit:dedi tibi domũ,vel fundũ hoc pacto, vt in fundo paſcerẽtur oues meæ:vel habitare poſſem in domo.valet pactũ: quia vſus domus, nõ realis ſeruitus videtur excepta:& fructus etiã fundi nõ erat ali*: niſi ius paſcendi.Viui.
r *Si quis vnas.* aliàs binas,& aliàs vnas.& nõ eſt vis, cum nihil ſibi ſeruauerit.Accur.
ſ *Solas.* id eſt nullum aliud prædium.
t *Vel fundum.* quem ſolum habeat.Accur.
u *Quod perſonæ.* [a] id eſt ſeruitutẽ perſonalem,vt ſubiicit: non autẽ realẽ,cum realis non poſſit eſſe,niſi vterq; habeat prædium: vt inſtit.de ſer.§.ideo.Et not.quòd perſonales ſunt quatuor:vſusfructus,vſus, habitatio, & opera ſiue miniſterium ſeruorum. Aliæ reales ſiue prædiales appellantur: vt.ꝟ.de ſer.l.j.&.ꝟ.de ope. ſer.l. fructus. &.ꝟ.ad.l. Fal.l.j.§.ſi operis.& inſtit.de vſu & habi.§.ſed ſi cui.Probabilius tamen eſt dicere operam non eſſe perſonalem ſeruitutem: quia non perit morte legatarij: vt.ꝟ.de vſufructu leg.l.ij.niſi dicatur perſonalis: quia perit morte eius hominis in quo legata eſt,ſecundum Azo.& ſic remanent tres perſonales.Illę autem de quibus ſtatim ſubiicit hîc,non erant ſeruitutes: vt ibi dices.

O Mnium bonorum [n] vſumfructum poſſe legari,niſi excedat dodrantis æſtimationem, Celſus libro.xxxij. Digeſtorum, & Iulianus libro.lxj. ſcribit: & eſt verius.

XXX. PAVLVS *libro tertio ad Sabinum.*

B SI is qui binas ędes habeat,aliarum vſumfructum legauerit, poſſe heredem Marcellus ſcribit alteras altius tollendo obſcurare [o] * luminibus: quoniam habitari poteſt etiam obſcuratis ædibus. quod vſque adeò temperandum eſt, vt nõ in totum ædes obſcurẽtur,ſed modicũ lumen quod habitantibus ſufficit, [p] habeant.

XXXI. IDEM *libro decimo ad Sabinum.*

EX re fructuarij etiam id intellegitur, quod ei fructuarius C donauerit, [q] conceſſeritve, vel ex adminiſtratione rerum eius compendij ſeruus fecerit.

XXXII. POMPONIVS *libro trigenſimotertio ad Sabinum.*

SI quis vnas [r] ædes, quas ſolas [ſ] habet, vel fundum [t] tradit: excipere poteſt id quod perſonæ [u] nõ prædij eſt, veluti vſum & vſumfructum. Sed & ſi excipiat vt paſcere ſibi vel inhabitare liceat, valet exceptio, [x] cum ex multis ſaltibus paſtione fructus D perciperetur. Et habitationis exceptione ſiue temporali ſiue vſque ad mortem eius qui excepit, vſus [y] videtur exceptus.

* obſtruere. tu vide Bud. in lege, æquiſſimũ ꝟ. eo.titu. quid ſit luminibꝰ obſtruere.

Incipit in vulgata editione Si quis binas.

a] Vide Ange. in princ. inſtit. de ſer. eundẽ in §. æque.de act. inſt.Iaſ. in d. §. æque.

E x *Valet exceptio.* imò videtur non valere: quia hæc ſeruitus ius paſcendi eſt prædialis: ipſe autem prædium non habet: vt hîc dicit.& ſic eſt contra inſtit. de ſer.§.in ruſticorum.& infra de ſer. ruſti.præ.l.item ſic.in princ.&.l.pecoris.Sol.dicunt quidã quòd eſt perſonalis ſeruitus, quando non habet prædium cui debeatur: vt hîc & arg.infra de ali.leg.l.Mela.§.quidam libertis.cæterùm ſi habet prædium, tunc realis. Sed tu dic quòd hoc ius,ſcilicet paſcendi: ſi ſeruitus eſt, ſemper eſt realis, ſiue prædialis. & quòd quandoq; dicatur eam eſſe perſonalem,exponitur vt cum certa perſona quantum ad commodum finiatur ſeruitus, non ſui natura: quia poſtea obſtabit exceptio. Si verò non habenti prædium concedatur, vt hîc fuit, ius paſcendi non eſt ſeruitus prædialis, vel perſonalis: ſed ius quoddam ex promiſſione, vel ex alio contractu quæſitum,ſecundum Azo.
y *Vſus.* quantum ad commodum: non tamen eſt vſus: vt inſtitu.de vſu & ha.§.ſed ſi cui.

UNED

S *I Titio.* ] CASVS. planus eſt. Titio vſumfructum fundi mei legaui : Mæuio proprietatem eiuſdem fundi : deceſſit Titius. vnde dabitur totus fundus iſte Mæuio ,cui legaui proprietatem : & ſic Mæuius habebit plenam proprietatem, & heres nihil habebit ex eo fundo. Viuianus.

### XXXIII. PAPINIANS *libro ſeptimodecimo Quæſtionum.*

SI Titio † fructus, Mæuio proprietas legata ſit , & viuo [a] teſtatore Titius decedat : nihil apud ſcriptum heredem relinquetur. [b] & id Neratius quoque reſpondit. Vſumfructum [c] in quibuſdam caſibus non partis * effectum obtinere cōuenit. Vnde ſi fundi vel fructus portio [d] petatur, & abſolutione ſecuta poſtea pars altera quæ adcreuit [e] vindicetur , in lite quidem proprietatis , iudicatæ rei exceptionem [f] obſtare, in fructus [g] † verò non obſtare ſcribit Iulianus : quoniam portio fundi [h] velut alluuio [i] portioni , perſonæ [k] fructus adcreſceret.

Ordo ſcripturæ deſignat ordinem voluntatis , & ordinem proceſſus. hoc dicit de conſecra. diſtint. 2. cap. in Chriſto pater . & ordinem charitatis . de liber. & poſthu.l. Gallus. §. quidam rectè. Baldus.

a *Et viuo* . idem & ſi quandocunq; poſtea: vt.j.de vſufruc.accreſ. l.idem & ſi apud.§.ſed ſi cui. Accurſius.

† Habes hîc text. valde not. & ſingul. ad hoc quòd licèt legatario mortuo viuo teſtatore extīguatur legatum, regulariter remaneat penes ipſius teſtātis heredem l 1.§. pro ſecundo. C.de ca. tol. per Bart. in. l. ſi purè. de leg. 1.infra. limita, niſi proprietas vni, & alteri vſuſfructus legaretur : quia tūc mortuo legatario viuo teſtatore vſus fructus cōſolidatur cū proprietate. Bolo.

* proprietatis.

† fructu. vſuſfructus.

b *Relinquetur*. ſed plenam proprietatē conſequitur Mæuius : vt hîc, & infra ſi vſusfructus peta.l.fundus.etiā ſi pars vſusfructus penes heredem remanſiſſet : & alia relicta eſſet Titio.nam potius proprietario quàm heredi fructuario remaneret: vt infra de vſufructu adcre. lege , idem & ſi apud.§.ſed ſi cui. ſecus autem in pro non ſcripto, & in cauſa caduci, & caduco alio, ſcilicet quàm vſufructu. nam ſi idē legatarius ſubſtitutum vel cōiunctum non haberet , ſicut hic erat , adcreſceret heredi: vt.C.de cadu. tollē. §.in primo.&.§.pro ſecundo. &. §. in nouiſſimo . nec enim proprietarius hic erat coniunctus vel ſubſtitutus fructuario : poſſet tamen dici fructuarium proprietario re coniunctum, cum partem dominij obtineat vſufructuarius, vt ſupra eodem.l.iiij.

c *Vſumfructum*. Pone caſum, quòd mihi & alij fundi proprietas fuit legata: egi ad meam partem actione in rem, vel ex teſtamento, & amiſi. poſtea repudiat collegatarius meus. non adcreſcit mihi. Item pone vſumfruct. mihi & alij relictum : petij partem meam, & amiſi : & poſtea confructuarius cadit à ſua parte. hoc caſu mihi adcreſcit : & rationem diuerſitatis dicit. Accurſius.

d *Portio*. coniungit in caſu : ſed diſtinguit in reſponſione. Acc.

e *Adcreuit*. altero collegatario repudiante.

f *Exceptionem*. videtur quòd non debeat obſtare , cum ſit aliud corpus : quod idem eſſe oportet : vt infra de except. rei iudi.l. cum quęritur.&.l.ſequen. Reſpon. exceptio rei iudi. obſtat quotiens per ſequens iudicium infringitur quod eſt ſtatutum in primo : vt infra de iureiur.l.duobus.§.exceptio.& de excep.l.fundi Titiani. ſi enim primum eſt pro veritate habendum: ergo verum eſt illam partem non eſſe iſtius , quia ſic iudicatum eſt : ſed alia non niſi quia ſua alia ſit, peti poſſet, iure ſcilicet adcreſcēdi : ergo quia repellitur à primo , repellatur ab alio. & hoc probatur iure alluuionis : vt & ſupra de pub.l.ſi ego.§.idem ait ædibus.& hoc ſiue fuit abſolutus, quia non probaui meum : ſiue quia ipſe probauit ſuum. ſecus autem in aliis quæ non adcreſcerent , etiam ſi ex eadem cauſa ago, puta partem fundi petij, & ſuccubui : aliam partem ex eadem cauſa poſtea peto. non ob. exceptio : quia alia res eſt : nec vnam partem alteri adcreuiſſe dici poteſt : vt infra de except.rei iudi.l.cum quæritur.&.l.ſequen.

g *In fructu*. id eſt in vſufructu adcreſcendo.

h *Fundi*. coniunctim legati.

Alluuio ius fundi ſequitur.

i *Alluuio*. quæ ſequitur ius fundi: vt.j.de leg.j.quod in rerum. §.ſi quis poſt.&.s.de Publi.l.ſi ego.§.idem ait ædibus.& idem in inſula : vt.j.de except.rei iudi.l.egi.§.fin. Accurſius.

k *Perſonæ*. non rei : vt infra de except.rei iudi.l.& an eadem.§. qui cum partem. Sed nonne ſi petat vſumfruct. qui adcreuit, ſic dicet : ideo peto , quia mihi adcreuit. & ſic interrogabitur qualiter ſibi adcreuit : & cogetur ex conſequentia quadam dicere : quia mihi & illi fuit relictus. & ſic quia iam contra ſententiam primam venit : obiicitur exceptio rei iudi. non ergo hæc eſt bona ratio, quia perſonæ, &c ? Reſpon. ſi ideo ſuccubuit in prima ſententia , quia non vtendo vel cap. demi. amiſerat , conſtabit eum fuiſſe legatum : & eum fuiſſe fructuarium. & ſic loquitur hîc, & infra tit.j.l.interdum. Si autem ideo ſuccubuit , quia non fuit legatus : tunc idem eſt quod in legato proprietatis, cum res iudicata pro veritate accipiatur : vt infra de re iudica.l.res.& infra de iureiuran.l. ſed ſi poſſeſſori. §. item ſi iurauero. & infra de except.rei iudic.ſi cum argentum.§. penultimo.

### XXXIIII. IVLIANVS *libro trigenſimoquinto Digeſtorum.*

QVotiens † duobus vſusfructus legatur , ita vt alternis annis vtantur fruantur : ſi quidem ita legatus fuerit , *Titio & Mæuio* : poteſt dici , priori [l] * Titio , deinde [m] Mæuio legatum datum . Si verò duo eiuſdem nominis fuerint , & ita ſcriptum fuerit , *Titiis vſumfructum alternis annis do* : niſi conſenſerint vter eorum prior vtatur , inuicem ſibi † impedient. [n] Quòd ſi Titius eo anno quo frueretur, proprietatem accepiſſet , [o] interim legatum non habebit : [p] ſed ad Mæuium alternis [q] annis vſuſfructus pertinebit. Et ſi Titius proprietatē alienaſſet , habebit [r] cum vſumfructum : quia & ſi ſub conditione vſusfructus mihi legatus fuerit, & interim proprietatem ab herede accepero, pendente autem cōditione eandem alienauero , ad legatum admittar. [ſ]

Si colono tuo vſumfructum fundi legaueris , vſumfructum

Q *Votiens.* ] CASVS. Teſtator legauit vſumfruc. fundi Titio & Mæuio, vt alter vno anno, alter altero vtatur. quæritur quis habebit primū annum ? Et reſpon. quòd primo nominatus, & ſecundū ſecundo nominatus. Quid ſi ambo ſint nominati? Et reſpon. neuter vtetur: niſi conſentiant quis primò habeat . Sed pone vt in principio . l. huius caſum : quòd Titius qui eſt alter ex fructuariis, emit pro decē proprietatem : & fortè tenuit ſuis annis , interim habebit proprie plenam, & ſic nō vſumfruc. formalē : & Mæuius ſuis annis habebit vſumfruc. Item quid ſi poſt decē annos Titius alienauit nudā proprietatem? Reſpō. Titius habebit ſuis annis: vt quilibet antequā proprie. emeret . & hoc probat per ſimile. Nā pone ꝙ quidā legauit mihi vſumfruc. ſub conditione ſi nauis ex Aſia veniret: interim emi proprietatem rei: & tenui per decem an. puta, & tunc alienaui: & poſtea nauis venit: habeo quidem vſumfruct. nec obeſt quòd medio tempore proprietatē habui. [SI COLONO.] Titius locauit fundum ſuum in quinquennium : elapſo poſt anno vſumfruct. eiuſdem fundi legauit eidem colono. quæritur ad quid valet legatum: cum & ſine hoc colonus habebat & fruebatur? Et reſpō. ad tria. nam petet vſumfruct. ex teſtamēto. Item à mercedibus erit liberandus. Item expenſas quas fecit gratia rei, recuperabit. [VNIVERSORVM.] Legauit mihi teſtator vſumfruct. omnium ſuorum bonorum. domus vna ex his bonis fuit combuſta. quæritur an in ea extinguatur vſusfruct? Et diſtingue. aut ſic dixit, omnium bonorum: & tunc remanet vſusfru. areæ : quia area de bonis eſt. Aut dixit, illius domus & illius: & ſic extinguitur vſusfruct. in area. Viuia.

† Concor. tex.ī. c.licet. 16.di. quæ.3. tex. noſter: & facit inar. pro illo tex. in d.ca. iuncta gloſ. quę habet quòd vbi feudatarii non poſſunt cōcordare in regimen feudi, rex debet facere quòd alternis annis regant, per glo. ſin. in.d.c. Bolo.

* Flo. prius.

† ſe.

l *Dici priori*. id eſt primo anno. Azo.

m *Deinde* . in ſecundo anno. & ſic not. ordinem ſcripturæ ſeruandum. [a] ſic infra de fideicommiſ. lib. l. generaliter.§. ſi quis ergo.& qui & à qui.ſi quis habens.& in authen.de hered.& Fal. §.ſi verò nullus. coll.j.&.§.de here.inſtit.qui ſoluendo. Sed arg. contra infra de leg.ij.l.cum pater.§.fidei tuæ.& infra de pecu.le. l.quidam.& infra de ſol.l.non enim.

a] Et cōcor. c.cum dilecta. cū gloſ. 1. extra de reſcrip.

n *Impedient*. vt &.j.qui.mo. vſusfruct. amit.l.ij.§. fina.& infra de ſer.ruſt.præ.l.itinere.vnde ſorte fortè diſcernent : vt ſupra de iudi.ſi cum ambo.& inſtitu.de leg.§. optionis. Vel verius dic iudicem interuenire vt conſentiant : vt infra de lega.j.huiuſmodi. §.ſi.&.s.eo.ſi cui.§.denique. & infra de ædil.edic. quod ſi nolit. §.ſi plures.& inſtit.de ſatiſd.§.penult. Accurſius.

o *Accepiſſet*. ſcilicet ab herede: fortè titulo emptionis. Accur.

p *Non habebit*. ſ. vt non habeat formalem vſumfr. ſed cauſalem: vt.j.qui.mo.vſusfru.amit.l.ij.in prin.ſed videtur habere formalem: vt.j.de vſufruc.accre.l.inde Neratius. §.non ſolum.&.l.antepe.& hîc.Sol.& ibi eſt cauſalis: licèt habeat naturā formalis.

q *Alternis*. ſcilicet illis in quibus ad eum redire debebat ſi non extincta eſſet pars Titij conſolidatione. Sed videtur quòd omni anno quaſi iure adcreſcendi altero amittente : vt infra titu. j.l. iiij.§.non ſolum.&.l.penult. Sed dic quòd hîc non ſunt coniuncti, imò ſeparati : ibi ſic.

r *Habebit*. id eſt rehabebit : vt hîc, &.j.eo.l.dominus.j.reſpon. &.j.quib.mod.vſusfruct.amit.l.ſi duobus.circa princ.

ſ *Admittar*. cōditione exiſtente : vt.j.de verb.obli.ſi rem meā.

hæc

UNED

vindicabit, [a] & cum herede tuo aget ex conducto: & conſequetur vt neque mercedes præſtet, & impenſas quas in culturam [b] fecerat, recipiat. Vniuerſorum bonorum, an ſingularum rerum vſusfructus legetur, hactenus intereſſe puto, quòd ſi ædes incenſæ fuerint, vſusfructus ſpecialiter ædium legatus peti non poteſt: bonorum autem vſufructu legato, areæ vſusfructus peti poterit: quoniam qui [c] bonorum ſuorum vſumfructum legat, non ſolùm eorum quæ in ſpecie ſunt, ſed & ſubſtantiæ [d] omnis vſumfructum legare videtur: in ſubſtantia autem bonorum etiam area eſt.

Heres tenetur de mora & tarditate aditionis. Bartolus.

XXXV. IDEM *libro primo ad Vrſeium Ferocem.*

SI vſusfructus legatus eſt, ſed heres ſcriptus ob hoc tardius adiit, vt tardius ad legatum perueniretur: hoc quoque [e] præſtabitur, [f] vt Sabino placuit.

Non dicitur vſusfructus pertinere deſiiſſe, ſi quod loco vſusfructus æſtimatur, percipitur: quæ æſtimatio loco rei cum ſuis quantitatibus (aliàs qualitatibus) ſubrogatur. Baldus.

Vſusfructus ſerui mihi legatus eſt: íſque cum ego vti frui deſiſſem, liber eſſe iuſſus eſt: [g] deinde ego ab herede æſtimationem legati [h] tuli. nihilo magis eum liberum [i] fore Sabinus reſpondit. Namque videri me vti frui homine, pro quo aliquam rem [k] habeam: conditionem autem eius libertatis eandem manere: ita vt mortis meæ aut capitis deminutionis interuentu liber futurus eſſet.

XXXVI. AFRICANVS *libro quinto Quæſtionum.*

QVi vſumfructum areæ legauerat, inſulam ibi ædificauit. ea viuo eo decidit, vel deuſta eſt. vſumfructum deberi exiſtimauit. [l] Cōtrà autem non idem iuris eſſe, ſi inſulæ vſufructu legato, area [m] deinde inſula facta ſit. [n] Idémque eſſe [o] & ſi ſcyphorum vſusfructus legatus ſit, deinde maſſa facta, [p] & iterum ſcyphi. Licèt enim priſtina qualitas [q] ſcyphorum reſtituta ſit, non tamen illos eſſe, quorum vſusfructus legatus ſit. [r]

Vſusfructus exceptio finitur cum perſona excipientis: niſi tacitè vel expreſſè ſit actum quod exceptio tranſeat ad heredem. Baldus.

hæc autem conditio ineſſe videtur: vt infra de adimen.le.l.cum in annos.&.l.ſi in ſingulos.

a *Vindicabit.* per actionem ex teſtamento: at ex conducto conſequetur impenſas: vtraq; autē actione conſequetur vt non præſtet mercedem: vt hîc, &.j.loca. ſi quis domum.§.fin. &.l.ſeq.& l.ſi in lege.§.fina. Et ſic not. hîc mirabile quòd agitur actione ex contractu ad eū reſcindēdum, ſcilicet ad remiſſionem mercedis, ſicut cōtingit aliàs infra de act.emp.l.ex empto.§.ſi quis virginē. &.j.de contrahen. empt. ſed Celſus.§.ſi fundus.

b *In culturam.* quia & eas teſtator legauerat: vt dicunt. quod nō placet: quia hoc eſt diuinare. Dic ergo ꝙ fecit expenſas gratia rei, nō fructum præſentis anni: quia tūc cum fructibus cōpenſarētur. nam pro colēdo poteſt quis facere expenſas gratia rei: vt.j.de impen. l.iij.§.nos igitur. Et ideo petūtur etiā à fructuario: vt.j. eod. ſi extraneo.§.fina.&.l.quòd ſi heres. multo magis ergo à colono, qui agit cōtra heredem vt reficiat: vt.j.loca.ex conducto.j.reſpon. Accur.

c *Quoniam qui.* Not. ergo quòd refert quid ex ęquipollētibus fiat: vt & inſtitut. de inutil. ſtipul.§.quotiens. Sed arg.cōtra.j.de admini. tut.ſi duo.

d *Subſtantiæ.* pręſentis & futuræ fortè: vt. C. quæ res pigno. oblig. poſſ.l.fi. Azo. Sed arg.contra.infra de auro & arg.leg.ſi ita.

SI *vſusfructus.*] CASVS. Heredem inſtituiſti, & mihi legaſti vſumfr. heres tuus tardius adiuit here. quàm deberet, ad hoc vt tardius haberē vſumfr. tenetur tuus heres mihi ad meum intereſſe. [VSVSFRVCTVS.] Teſtator legauit mihi vſumfructū hereditarij ſerui, & eidē libertatē reliquit cum finitus fuerit vſuſfruct. egi contra heredem: & quia non dedit ſeruum, cōdemnatus eſt in vſusfru. æſtima. quæritur an ſit ſtatim liber? Et reſpon. quòd non: ſed tunc demum quādo finiretur vſusfructus ſi non ſeruum mihi vendidit: & morte ſua & ca.dem. fiet liber. Viuia.

e Hoc quoque. ſcilicet damnum quod habet fructuarius.

f *Præſtabitur.* ſcilicet legatario: vt.j.eo. quæſitum.&.l.quòd ſi heres. Sed quid ſi moram non fecerit: ſed ante aditam hereditatem fructus immaturos percepit? Reſpon. ex dolo vel ex teſtamento tenetur: at fructus etiam immaturos poteſt percipere: vt.j.de vſufruct.leg.l.penul.&.j.eo.ſi abſente. Accurſius.

g *Iuſſus eſt.* ſcilicet in teſtamento. Accurſius.

h *Legati.* ſcilicet vſusfructus, quem non reddam: vt ſtatim dices.

i *Liberum.* videbatur enim quòd ſtatim quaſi iam finito vſuftu. perueniret ad libertatem: tamen non eſt ita.

k *Aliquam rem.* vt infra eod.l.quia. Sed nunquid æſtimatio legati vſufruct. tunc reſtituetur? ſimilis quęſtio ſit. C.de fideicom. li.l.fin. Et videtur reſtituenda: vt in rebus quæ vſu ipſo conſumuntur, dicitur: vt inſtitu.eo.§.conſtituitur. in fin.§. & infra de vſufruct.ea.re. quæ vſu conſu. l. hoc ſenatuſconſultum.§.ſi pecuniæ. Puto tamen contra: quia non ſerui, ſed fructuum vel vtilitatis facta eſt æſtimatio, ſecundum Azo.

QVi *vſumfructum.*] CASVS. Tria dicit. Primò legauit mihi areæ vſumfruct. deinde facta eſt ibi domus: & hæc domus cecidit. Dicitur quòd debetur areæ vſusfructus. Sed econtra teſtator mihi legauit vſumfruc. domus ſuę: poſtea cecidit domus, & facta eſt area: non dabitur vſusfruc. Tertiò dicit quòd ſi teſtator legauit mihi ſcyphos, & hi in maſſam redacti, poſtea refecti



ſunt: non dabitur vſusfruc. [STIPVLATVS.] Tria dicit. Titius promiſit mihi fundū detracto vſufru. pro ſe Titio: & antequam ſolueret, deceſſit. ago contra heredem. ipſe vult ſoluere detracto vſufruct. ſed volo plene tradi: quid iuris ſit? Et dic ꝙ aut detraxit pro ſe & here.ſuis Titius: & nudā proprie. dabit heres. aut pro ſe tātùm, quod præſumitur: & plenè tradet heres. Secundò probat prædicta per ſimile: & adducit ſimilia duo. Primum eſt: Titius teſtamentum fecit, & heredē inſtituit: & legauit fundum Męuio deducto vſufruct. heres Titij priuſquā ageret Mæuius, deceſſit relicto herede. an heres iſtius here. tradet proprie. nudā, an plenā? Et reſpon. quòd plenam tradet: quia multo minus dubitatur in ſuperiori caſu. Secundū eſt, vt, &c. Ecce teſtator legauit mihi nudā proprie. fundi ſub cōditione ſi nauis ex Aſia venerit. antequā eam petam, extitit conditio. & dicit quòd plenam proprie. amodo petā. [VSVSFRVCTVS.] Duobus modis pone. Primo: teſtator legauit mihi vſumfructū ſerui: poſt moram heredis deceſſit ſeruus antequā traderetur. dicit quòd petā æſtimationē vſusfru. ſcilicet vſq; in diem mortis ſerui. Idē ſi ego deceſſi. nam heres meus petet æſtima. vſusfru. vſq; in diē meæ mortis à die mortis ſerui. Secundo ponit: ſi teſtator legauit vſumfructū ſeruo meo: ſeruus deceſſit poſt morā heredis. & dicit quòd æſtimabitur vſusfructus à die moræ vſque in diem mortis. Idem eſt ſi ego dominus decedā. nam cum vſusfructus morte ſit finitus: à die moræ vſque in diem mortis meæ præſtabitur heredi meo æſtimatio vſusfructus. Viuianus.

leg 3 de iure Dotium ff.

l *Exiſtimauit.* ſcilicet Africanus.

m *Area.* ſcilicet poſtea facta ſit. Et not. quòd ideo dicit area, quia ſi non vſque ad aream depoſita eſſent tigna, eadem domus diceretur: vt infra de verbo.obliga.inter ſtipulantem.§.ſacram. & infra de ſolu.qui res.§.aream.

n *Facta ſit.* Cur non eſt idem iuris? Reſpon. quia area eiuſdem naturæ dici poteſt quæ fuit legata. ſolū enim immobile & quaſi immutabile eſt: ſed in inſula vel domo eſt contra: quia certa forma diſtinguitur, & ſubſtātiam capit: forma autem perempta res interiiſſe videtur: vt infra ad exhiben. Iulianus.§.ſed ſi quis. & infra de auro & argen.lega. Seia. De nouo igitur domus conſtructa non vetus in perpetuum extincta videtur reparari: ſolum autem non ſpeciali forma, ſed in primæuo ſtatu ſemper relinquitur. Azo. & hoc in legato vſufructu. Si autē proprietas eſſet legata, indiſtinctè deberetur: niſi expreſſè teſtator mutaſſet voluntatem: vt infra de lega.iij.ſi chorus.§.penul.& fin.& de lega.j.ſeruum filij.§.ſi pocula.&.§.ſi areæ. & ſic non obſtat infra de exceptio.rei iudi.l.& an eadem.§.idem corpus.&.j.de ſer.vrba. prædio.ſeruitutes.§.ſi ſublatum.

o *Idémque eſſe.* ſcilicet quod.ſ.proxi.reſpon. Azo.

p *Maſſa facta.* ſcilicet fuerit. Azo.

q *Qualitas.* non omnino tamen. Azo.

r *Legatus ſit.* Si verò vſusfructus maſſæ relictus eſſet, deinde ſcyphi ex ea facti in maſſam redacti fuerint, debetur vſusfructus, ſecundum Azo. Patet ergo ex prædictis quòd non poteſt dici eadem inſula, quæ deſtructa poſtea reſtituitur, etiam ſi eo animo dirueretur, vt poſtea reficeretur: licèt in naui ſit aliud quàm in domo vel maſſa: vt infra de verbor. obligatio. inter ſtipu-

Stipulatus ſum de Titio fundum Cornelianum, detracto vſufructu. Titius deceſſit. quæſitum eſt, quid mihi heredem eius præſtare oportet. Reſpondit, referre qua mente vſusfructus exceptus ſit. Nam ſi quidem hoc actum eſt, vt in cuiuſlibet [a] perſona vſusfructus conſtitueretur, ſolam proprietatem heredem debiturum. Sin autem id actum ſit, vt promiſſori [b] duntaxat vſusfructus reciperetur, plenam proprietatem heredem eius debiturũ. [c] Hoc ita ſe habere manifeſtius in cauſa legatorũ apparere. etenim ſi heres à quo detracto vſufructu proprietas legata ſit, priuſquam ex teſtamento ageretur deceſſerit, minus [d] dubitandum quin heres [e] eius plenam proprietatem ſit debiturus. Idémque & ſi ſub conditione ſimiliter legatus [f] ſit, & pendente conditione heres deceſſit.

In legato vſufructu poſt mortem ſuccedit obligatio ad intereſſe. hoc dicit. cum. l. ſeq. Bald.

Vſusfructus ſerui [g] Titio legatus eſt. cum per heredem ſtaret quò minus præſtaretur, ſeruus mortuus eſt. Aliud dici non poſſe ait, quàm in id obligatum eſſe heredem, quanti legatarij interſit moram factam non eſſe: vt ſcilicet ex eo tempore in diem in quo ſeruus ſit mortuus, vſusfructus æſtimetur. [h] Cui illud quoque conſequens eſſe, vt ſi ipſe Titius moriatur, ſimiliter ex eo tempore quo mora ſit facta, in diem mortis æſtimatio vſusfructus heredi eius præſtaretur.

XXXVII. IDEM *libro ſeptimo Quæſtionum.*

QVæſitum eſt, ſi cum in annos decem proximos vſumfructum [i] de te dari ſtipulatus eſſem, per te [k] ſteterit quò minus dares, & quinquennium tranſierit, quid iuris ſit. Item ſi Stichi decem annorum proximorũ operas de te [l] dari ſtipulatus ſim, & ſimiliter quinquennium pręteriit. Reſpondit, eius temporis vſumfructum & operas [m] rectè peti, quod per te tranſactum eſt quò minus darentur.

XXXVIII. MARCIANVS *libro tertio Inſtitutionum.*

NOn vtitur vſufructuarius, ſi nec ipſe vtatur, nec nomine eius alius, puta qui emit, vel qui conduxit, vel cui donatus [n] eſt, vel qui negocium eius gerit. [o] Planè illud intereſt, quòd ſi vendidero vſumfructum: etiam ſi emptor non vtatur, [p] videor vſumfructum retinere:

XXXIX. GAIVS *libro ſeptimo ad Edictum prouinciale.*

QVia qui pretio fruitur, non minus habere intellegitur, quàm qui principali re vtitur [q] fruitur.

XL. MARCIANVS *libro tertio Inſtitutionum.*

QVod ſi donauero, non aliàs retineo niſi ille vtatur.

XLI. IDEM *libro ſeptimo Inſtitutionum.*

STatuæ & imaginis [r] vſumfructum poſſe relinqui magis eſt: quia & ipſæ habent aliquam vtilitatem, ſi quo loco oportuno ponantur. Licèt prædia quædam talia ſint, vt magis in ea impendamus, quàm de illis adquiramus: [ſ] tamen vſusfructus eorum relinqui poteſt.

XLII. FLORENTINVS *libro vndecimo Inſtitutionum.*

SI alij vſus, alij fructus eiuſdem rei legetur, id percipiet

---

lantem. §. ſacram. &. §. nauis. & infra de ſolutionib. l. qui res. §. aream. fortè quia non adeo in ſuum ſtatum domus vel ſcyphus reduci poteſt, ſicut nauis: vtpote cum tabularum de facili poſſit fieri etiam ab imperito aliquo dempto vel etiam adiuncto eadem repoſitio: non autem tignorum & trabium in priſtina loca ſic fieri poteſt eadem reſtitutio propter materiæ aptitudinem & leuigationem: quæ non fit in tignis domus, vt in tabulis nauis. quia ergo non videtur remanere idem ſtatus vel eadem poſitio in domo vt in naui, alia domus eſſe cenſetur: vt argumen. j. de ſolutio. l. cum quis. &. l. qui res. §. aream. ſuper eo quod dicit de ſeruo manumiſſo: quia alius videtur poſt ſtatum mutatum. Accur.

a *In cuiuſlibet*. ſcilicet ſui heredis. Accurſius.

b *Promiſſori*. quod ſemper præſumitur, niſi contra probetur: vt infra de verborum obligatio. ſi ita ſtipulatus fuero. §. penult. in fin. & infra de vſufruct. leg. l. Sempronius Attalus.

c *Debiturum*. habes hîc quòd ſic morte finitur actio pro vſufructu competens, ſicut vſusfructus iam conſtitutus: vt argumen. ſupra, ſi quis cautio. ſi eum. §. qui iniuriarum.

d *Minus*. quàm in ſuperiori caſu.

e *Eius heres*. ſcilicet heredis.

f *Legatus ſit*. ſcilicet fundus, deducto ſcilicet vſufructu.

g *Vſusfructus ſerui*. ſi habes, vſusfructus ſerui Titio, &c. ſicut eſt litera Piſa. planus eſt caſus: & nihil eſt contra, & ſecundum hoc lege eam. ſi verò habes ſeruo Titij: tunc eſt contra. C. eo. l. fina. ſed dices hanc corrigi. loquitur enim hæc ſecundum antiqua tempora: vt infra quib. mo. vſusfru. amit. ſi ſeruos. Vel hîc contemplatione ſerui: ibi domini. prima verior eſt.

h *Aeſtimetur*. vt infra. l. proxi. & facit infra ſi vſusfructus peta. l. vt frui. §. fina. &. l. repeti. §. j. Accurſius.

QVæſitum eſt.] CASVS. duo ſunt, & plani ſunt: quia ſi ſtipuler à te vſumfructum in decem annos, vel operas Stichi, & ſtet per te: debes mihi æſtimationem pręteriti temporis: nec liberaris ſi patiaris me vti per aliud quinquennium. Viuianus.

i *Vſumfructum*. ſerui alicuius.

k *Per te*. ſcilicet promiſſorem. Azo. Dubitatio autem legis erat quòd nondum decennium cucurrerat. Vel dic quòd erat dubitatio: quia volebat ille pati per aliud quinquennium: vt ſic integrum decennium habeat fructuarius: quod non poteſt, imò æſtimationem præteriti temporis præſtabit: vt hîc, & infra de vſufruct. leg. ſi vſusfructus mihi. & infra eo. defuncta. &. l. quòd ſi heres. &. l. cuiuſcunque. in prin. & s. l. proxi. §. fina.

l *De te*. ſcilicet promiſſore. Accurſius.

m *Et operas*. id eſt æſtimationem earum. Accurſius.

NOn vtitur.] CASVS. Qui vſufructu per decennium non vtitur, amittit. Vnde idem eſſe videtur ſiue ipſe ſiue alius pro eo vtatur: puta qui emit ab eo, vel ex donatione accepit, aut geſtor nego. eius. Secundò dicit quòd ſi vendidit: licèt non vtatur re: tunc nõ perdit nõ vtendo fructuarius: quia vtendo pretio, re vti videtur: ſed ſecus ſi donatarius nõ vtatur. Viuianus.

n *Donatus eſt*. ſcilicet vſusfructus.

o *Gerit*. alioquin ſi aliquis iſtorum vtitur, ipſe vti videtur: vt hîc ſubiicit: & ſupra eod. l. arboribus. §. vſufructuarius.

p *Non vtatur*. ita tamẽ ſi nullus alius vtatur: vel ſi vtatur, vtitur nomine emptoris: & meo verè, vel interpretatiuè. alioquin non videor vti: & ſic amitto non vtendo: vt infra quib. modis vſusfructus amitti. Pomponius. quæ eſt contra. nam ibi non vtebatur aliquis meo nomine verè, vel interpretatiuè. Item not. hîc quòd quędam ad emptorem tranſeunt, quæ ad heredem non tranſeunt: vt vſusfructus formalis: ſic & infra de lega. ij. l. peto. §. prædium. Quis enim ignorat magnam eſſe differẽtiam inter ſucceſſorem iuris, & rei? Vel hîc non ius ſed commoditas. Accurſius.

Vſusfructus formalis ad heredem nõ tranſit.

q *QVia qui. Vtitur.* ſic ergo pretium loco rei ſuccedit: vt & infra de pec. ſed & ſi quis ſeruum. &. l. ſequen. & ſupra eod. ſi vſusfructus legatus. §. fina. & infra communi diuidun. item. §. j. in fine. & dixi ſupra de peti. hered. ſi & rem.

STatuæ.] CASVS. Habeo ſtatuam ita pulchram, quòd quilibet videns dat mihi vnum nummum. quæritur an poſſim eius vſumfructum legare. Et dicit quòd ſic. [LICET.] Planum eſt. Dicit enim quòd ſi habeo prædia ſterilia, horum prædiorum ſterilium poſſum vſumfructum legare. Viuianus.

r *Statuæ & imaginis*. pro eodem ponas. Vel dic ſtatua, id eſt figura hominis: imago, ſola pictura. & dicit Pla. in vultu Luc. vbi beſtiales homines ponunt nummos. quod eſt falſum: quia res religioſa eſt: vnde non poteſt in ea conſtitui vſusfructus. Sed dic quòd loquitur de ſtatuis illis quæ erigebantur in honorem alicuius priuati, vel ciuitatis: de quibus dicitur infra de adquir. re. domi. ſtatuas. & infra de priui. cred. Furius. &. Cod. de ſtatu. & ima. Sed quis fructus ex his percipitur? Reſpond. quòd quilibet daret nummum vt poſſit videre: vt fit de leone qui eſt Florentiæ.

ſ *Adquiramus*. de quibus loquitur in authen. de non ali. §. penult. Intellige tamen quòd aliquando aliquid inde percipi poteſt. aliàs non poteſt eſſe vſusfructus in eis: vt ſupra proxi. reſpõ. & infra eo. ſi infantis. Accurſius.

S *I alij.*] CASVS. Teſtator legauit mihi vſumfructũ cuiuſdam fundi:& Titio vſum in eodem.habeo ego totum vſumfruct. detracto vſu.licet vſum habeat Titius,& ego ſimul. Pone aliter hũc caſum,vt not.in glo.magna ibi,vel pone. & ſic duobus modis pone caſum huius legis.

A fructuarius, quod vſuario [a] ſupererit: nec minus & ipſe fruendi cauſa & vſum [b] habebit.

Rerum, an æſtimationis vſusfructus tibi legetur, intereſt. Nam ſi quidem rerum [c] legetur: [d] deducto eo [e] quod præterea tibi legatum eſt, ex reliquis bonis vſumfructum feres. Sin autem æſtimationis vſusfructus legatus eſt, id quoque æſtimabitur, [f] quod præterea tibi legatum eſt. Nam ſæpius [g] idem legando, non ampliat teſtator legatum: [h] re autem legata, etiam æſtimationem eius legando ampliare legatum poſſumus. [i]

B

XLIII. VLPIANVS *libro ſeptimo Regularum.*

ETiam [k] partis bonorum vſusfructus legari poteſt. Si tamẽ non ſit ſpecialiter facta partis † mentio, dimidia pars bonorum continetur. [l]

XLIIII. NERATIVS *libro tertio Membranarum.*

C

VSufructuarius nouum [m] tectorium* parietibus qui rudes [n] fuiſſent, imponere non poteſt: quia tametſi meliorem excolendo [o] ædificium domini cauſam facturus eſſet, non tamen id iure ſuo facere poteſt: aliúdque eſt tueri quod accepiſſet, [p] † an nouum faceret.*

D

XLV. GAIVS *libro ſeptimo ad Edictum prouinciale.*

SIcut impendia cibariorum in ſeruum cuius vſusfructus ad

a *Vſuario.* id eſt vſui.

b *Et vſum.* id eſt commoditatẽ vſus: vt fruatur, id eſt vendat, vel faciat quod velit. nã cui reliquit fructum, ei & vſum, id eſt commoditatem vſus legat: vt.j. de vſu & habitatione. per ſeruum.§. vſusfructus. Vel pone caſum in eo qui reliquit vſum tantùm: cuius heres legauit alij fructũ. nam quod ſupererit vſuario, cum eius ſit præcipua cauſa, habebit fructuarius. ſic ponitur. j. de vſu & habita. per ſeruum.§.fina. Azo. & ſecundum hunc caſum ſupponit ipſe ꝓ vſuario. & quod dicit. fruẽdi, dicas ꝙ ipſe de vſu ſuo frui poteſt, ſicut fructuarius ex fructu. Sed ſecũdum primum caſum expones ipſe, ſcilicet fructuarius.

c *Rerum.* Quidam fecit teſtamentum: & vſumfructum omnium rerum ſuarum dimiſit Titio: & eidem fundi plenam proprietatem. Vel dixit ꝙ æſtimentur res ſuæ, & vſusfructus æſtimationis detur: & ſimiliter eidem fundũ legauit. inter hos caſus differẽtiam eſſe dicit.

d *Legetur.* ſcilicet omnium. Accurſius.

e *Deducto eo.* quia res ſua nemini ſeruit: vt infra de ſer. vrba. præd.l. in re.

f *Aeſtimabitur.* Et ſic quaſi bis habebit eandem rem, ſcilicet proprietatem plenam, & vſumfru. æſtimationis eiuſdem. Sed ar. contra. j. de verb. ob. qui bis. ſed hoc, quia voluit teſtator, vt ſubiicit.

g *Nam ſæpius.* redit ad primum caſum: & probat per genus: & idem in ſecundo. Accurſius.

h *Legatum.* ſed in prædicto caſu idẽ ſæpius legari videtur, ſcilicet vſusfructus etiam eius cui plenam proprietatem legauit. Accur.

i *Poſſumus.* vt. j. de leg. j. plane.§.j.

k E*Tiam.* aliàs incipit lex, & aliàs.§.

l *Continetur.* vt. j. de verb. ſigni. l. rectè.§.fin.&.l. nomen filiarum.§.portionis.&. j. de inter. act. de ætate.§.ſi interrogatus.

V*Suſfruct.*] CASVS. Legaſti mihi vſumfructũ cuiuſdam domus, quæ cooperta non erat, ſed erat vndiq; fabricata. nunquid ego fructuarius poſſum eã cooperire? Et reſpon. quòd non. Viuianus.

m *Vſusfructuarius nouum.* vetus enim reficere poteſt: vt ſupra eo. l. hactenus. Accurſius.

n *Qui rudes.* id eſt noui, ſuper quibus tectum [a] nondum impoſitum fuerat: vt. j. eo. l. vſufructuarius.

o *Excolendo.* id eſt ædificando. vt enim arare & ſeminare eſt cultura ruſticorum prædiorum: ita ædificare, vel reficere, eſt cultura vrbanorum. Azo.

p *Quod accepiſſet.* reficiendo, non faciendo: vt ſupra eo. ſi cuius.§. ſed ſi ædium. nec perficiendo: vt infra eo. l. vſufructuarius. & facit infra de iti. actúque pri. l. iij.§.penul. Accurſius.

† Partis appellatione, dimidia cõtinetur. concor. gloſ. incle. 1. ſuper verbo: aut earum parte de fo. cõpet. vbi vide cõcor.

* De tectoriis Vitruuius lib. 7 de Archite.

† Vulg. aliud nouũ facere.

* Græca figura cõtẽdo elegantiſſimè dictũ, vt in l. 1. ſ. de cõcep. Dige.

a] Apparet Accurſiũ & ſimiles interpretes nõ intellexiſſe quid eſſet tectorum. ſed hodie ex bonis auctoribus notum eſt, vel grãmatiſtis. de qua re tamẽ copioſe ſcripſit Zoannetus explicat. c. 24. & Cuia. lib. 1. obſ. c. 36.



Coniunctio realis inducit ius accreſcendi. Bar.

Denique apud Iulianum libro trigenſimoquinto Digeſtorum quæritur, ſi communi ſeruo vſusfructus ſit relictus, & vtrique domino adquiſitus, an altero repudiante vel amittẽte vſumfructũ, alter totum habeat. & putat ad alterum pertinere: & licèt dominis vſusfructus non æquis partibus, ſed pro dominicis adquiratur: tamen perſona eius, non dominorũ inſpecta, ad alterum ex dominis [a] pertinere, non proprietati [b] accedere.

Coniunctus coniunctione legali, præfertur coniuncto tantùm quantum ad ius accreſcendi in vſufructu. Baldus.

Idem ait & ſi cõmuni ſeruo, & ſeparatim Titio [c] vſusfructus legatus ſit, amiſſum ab altero ex ſociis [d] vſumfructũ non ad Titium, ſed ad ſolum ſociũ pertinere debere, quaſi ſolum coniunctũ. quæ ſententia vera eſt. [e] nam quãdiu vel vnus vtitur, poteſt dici vſumfructum in ſuo ſtatu eſſe.

Coniunctus re & verbis, præfertur coniuncto re tantùm. Bal.

Idem eſt [f] † ſi duobus coniunctim, [g] & alteri ſeparatim [h] vſusfructus eſſet relictus.

lego vſumfructũ, dum modò non ſint verbis cõiuncti. Nam nec in proprietate eſſent coniuncti illi quibus partes diuiſæ vel indiuiſæ aſſignantur: vt. j. de leg. ij. & Proculo. ibi, partes videri legatas. & infra de leg. ij. Mæuio. j. reſpon. & infra de here. inſtitu. l. ſi ita quis heredes. Et attende quod dixi, quòd non ſint etiam verbis coniuncti. nam vt in proprietate accreſcit verbis tantùm cõiuncto: vt infra de legat. iij. re coniuncti. ita & in vſufru. multo magis: vt in hac. l. §. interdum. Quidam tamen contra. Argu. pro eis hîc, cæterùm &c. & l. inde Neratius. j. reſpõ. & l. penul. vbi videtur tunc tantùm cõcedere quãdo inſolidum fuit acquiſitus: ſed per partes concurſu ſcinditur. Vel diſtingue an incerta parte pro diuiſo aſſignata cuique cõſtituatur vſusfru. an pro indiuiſo: vt in primo caſu non ſit locus iuri accreſcẽdi: in ſecũdo ſic. & eſt ratio, quia in primo caſu nõ ſunt re vel verbis, vel re & verbis coniuncti: ſicut eſt in cõſimilibus. quod dic vt. j. de lega. ij. ſi duobus. & l. idem ſi apud. §. j.

a *Ex dominis*. quibus pro dominicis partib⁹ quæritur. Azo.

b *Non proprietati*. imò videtur nõ accreſcere, ſed ad heredẽ ſiue ꝓprietariũ redire: vt infra de lega. ij. l. & Proculo. quæ eſt cõtra. Solu. ibi recitat quorũdã opinionẽ, ſcilicet Proculi & patris, nõ aſſertiuè dicit. ideo ſeruat quod hîc dicit aſſertiuè Vlpi. ſecundum quoſdam. Alij quòd illa vt poſterior corrigat iſtam. vel illa de rigore, hæc de æquitate. Tu dic ſecundum Ioann. quòd ibi in legato proprietatis relicto ſeruo communi loquitur: hîc in legato vſusfruct. quod ſicut facilius accreſcit, ita facilius ius coniunctionis recipiat: vt argu. j. ea. l. §. interdum.

† Dic, & eſt ratio ad textũ ſecũdum Bald. quia duæ ratiões vincunt vnã. concor. & facit. l. re cõiuncti. j. de leg. 3.

c *Titio*. qui re tantùm coniunctus eſt.

d *Ex ſociis*. qui re & verbis coniunctus eſt legis auctoritate. quod eſt notandum. nam videtur vnicuique dominorum inſolidum relictus: cum ſeruus vicem duorum ſuſtineat: vt infra de ſtipu. ſer. l. prima. §. communis. Idem & ſi per teſtatorem re & verbis coniungantur: vt ſtatim ſubiicit. Ei ergo quod dicit, hos duos coniunctos, eſt contra. infra de lega. ij. l. & Proculo. Sol. vt dixi ſupra proxi. §. quia ibi in proprietate, hîc in vſufruc. Item ei quod dicit hîc, & infra proxi. §. fina. hunc ſolum coniunctum, non autem Titium, & ideo non accreſcere Titio, eſt contra. infra de heredib. inſtitu. l. item quod Sabinus. §. vnde idem tractat. vbi duo erant inſtituti ſine partibus, alius ex certa parte: & ſi vnus de primis repudiat, accreſcit etiam illi qui ex certa parte eſt inſtitutus. Solu. ibi non erant coniuncti verbis, qui ſine parte inſtituti ſunt: quia dixit, Titium inſtituo, & Seium inſtituo. aliàs ſecus: vt hîc. Et pro hac ſolutione eſt in eod. titulo. l. heredes ſine. vbi videtur fieri hæc diſtinctio. ſed non puto valere: quia tollitur per aliam. l. in eodem titulo, ſi ita quis heredes. vbi etiam verbis erant coniuncti: & tamen ita diſiuncto vt coniuncto accreſcit. Dic ergo quòd dicta. l. item quod Sabinus, & lex, ſi ita quis. loquuntur de iure accreſcendi, quod circa proprietatem eſt: hîc circa vſumfructum in quo facilius quis coniungitur: vt dixi. s. proxi. §. vel verbum, pro æquis, ſoluit contrarium quod eſt ibi. nam ibi vni tantùm re, alteri verbis tantùm eſt coniunctus. Item eidem. i. huic, & j. proxi. reſpon. eſt cõ- A tra. j. de leg. ij. Mæuio. j. reſpon. vbi duobus primò res fuit legata, & poſtea vni, & ex primis vnus repudiat. nam accreſcit etiam illi vni. Solut. ibi erant etiam primi duo re coniuncti, ſed verbis diſiuncti. ſic enim dixerat. illi dimidiam, & illi dimidiam lego. & ſic eandem. quare omnes re coniuncti ſimili modo. Alij tamen diſtinguũt, cuius cõtẽplatione, ſerui, vt tunc obtineat qđ hîc dicitur. an dominorum: & tũc quod ibi in primo contrario gloſſæ, de lega. ij. & l. Proculo. qđ non placet.

Cõiunctio realis inducit ius accreſcendi in vſufructu & proprietate. Item durat vſusfructus etiã poſt eum acquiſitum. Bar.

Interdum tamen & ſi non ſint coniuncti, [i] tamẽ vſusfructus legatus alteri adcreſcit: vtputa ſi mihi fundi vſusfructus ſeparatim B totius, & tibi ſimiliter [k] fuerit relictus. Nam vt & Celſus libro octauodecimo Digeſtorum, & Iulianus libro trigenſimoquinto ſcribit, concurſu [l] partes habemus. quod & in proprietate contingeret. nam altero repudiante, alter totũ fundum haberet. Sed in vſufructu hoc plus eſt, quia & conſtitutus & poſtea amiſſus nihilo minus ius adcreſcẽdi admittit. [m] Omnes enim auctores apud Plautium de hoc conſenſerunt: & vt C Celſus & Iulianus elegãter aiunt, vſusfruct⁹ quotidie cõſtituitur [n] & legatur: nõ vt proprietas eo ſolo tẽpore quo vindicatur. Cũ primum itaque non inueniet alter eum qui ſibi [o] concurrat, ſolus vtetur in totum. Nec refert, [p] coniunctim [q] an ſeparatim [r] relinquatur.

Qui vocãtur ad vſumfructũ ex verbis teſtatoris, ius adcreſcẽdi nõ habẽt. h. d. quod no. quia eſt vna de regulis iuris adcreſcendi. Bar.

e *Vera eſt*. nec dicitur vſusfruct. fundi perẽptus: quia ſocio ius vtendi accreſcit, & ideo proprietati non cõſolidatur. & hoc eſt, nam &c. verum eſt tamen reſpectu perſonę amiſſum vſumfructũ. Acc.

f *Idem eſt*. vt magis cõiuncto accreſcat.

g *Cõiunctim*. re & verbis.

h *Separatim*. verbis: re tamen ſunt coniuncti.

i *Coniuncti*. ſ. verbis.

k *Similiter*. ſ. toti⁹. Ac.

l *Cõcurſu*. ſic & in dãno infecto: vt infra de dam. infect. l. ſi finita. § cum autẽ. & in legato proprietatis: vt inſt. de leg. §. ſi eadem. & C. de cadu. tol. §. ſi verò non omnes. & hîc ſubiicit. ſic & in ĩſtitutione heredũ: vt C. de leg. l. cũ quæſtio.

m *Admittit*. quod in ꝓprietate legata duobus, cõtra eſt, nã ſemel quæſita, ſi poſtea repudiet ab altero eorũ, alteri nõ accreſcit: ſed potius ꝓ derelicto à dño habita occupãti cõce- D ditur: niſi in caſu: vt in auth. de her. & Fal. §. ſi quis autẽ non implens. colla. j. ſed illud euenit authoritate conſtitutionis illius.

n *Quotidie conſtituitur*. ſ. per patientiam, quaſi multi ſint vſusfru. quot patiẽtiæ. & ſic ſemper res integra quo ad futuras patiẽtias: & harũ ratione nõ videtur traditus. Sed tamẽ eſt cõtra. Et ꝓ hac expoſitione eſt. j. titulo. j. l. j. j. rñ. ſecundum Azo. Sed quo ad ius accreſcẽdi eſt verũ. Et ſume hîc argu. ꝙ ius accreſcendi locũ habet etiã vſufru. cõſtituto inter viuos duobus, vel pluribus. Item quod ſubiicit nõ vt proprietas eo tempore quo vindicatur. ſ. per traditionem, ſecũdum Azo. Sed tu expone, vſusfructus quotidie conſtituitur & legatur. i. quotidie vni iure accreſcendi quæritur à collegatario amiſſus, ac ſi verè nuper legatus & conſtitutus eſſet. i. amittenti nunquam acquiſitus. non ſic in proprietate: quia tãtùm à principio: id eſt antequam acquiratur per traditionem: & ſic tẽpore quo vindicatur, antequam tamẽ habeatur. ſed qua- E re facilius accreſcit vſusfru? Reſpond. quia & antequã alterũ eorum acquiratur, facilius accreſcit vſusfr. quàm proprietas. quod patet. j. eodem. l. interdum. & s. tit. j. l. ſi Titio. §. fina.

Vſusfructus facili⁹ quàm proprietas quæritur.

o *Qui ſibi*. quandocunque, ſiue ſit iam agnitus, ſiue non. Ioan.

p *Nec refert*. quo ad hoc vt portio deficiens accreſcat alteri.

q *Coniunctim*. re & verbis.

Coniuncti multipliciter dicũtur.

r *Separatim*. verbis, ſed re coniuncti. & hac ratione diſtingue: quia alij ſunt coniũcti re & verbis: alij re tantùm: alij verbis tantùm. re & verbis: vt Titio & Mæuio Stichum lego: vtrique enim legatum eſt inſolidum eadem oratione verborum: ſed concurſu fiunt partes: vt infra de lega. tertio. l. re coniuncti. Re tãtũ cõiuncti ſunt: vt cum Titio primo lego Stichum: deinde eundem lego Mæuio. & iſti dicuntur verbis diſiuncti vel ſeparati: vt inſtitu. de leg. §. ſi eadem. & ſupra eadem. l. §. idem eſt. & hîc. Et nota quòd ſemper videtur non habuiſſe animum adimendi primo, niſi probetur contra: vt infra de lega. j. ſi pluribus. Verbis

Idem Iulianus libro trigeſimoquinto Digeſtorum ſcripſit, ſi duobus a * heredib⁹ inſtitutis deducto vſufructu proprietas legetur, b ius adcreſcendi heredes nõ habere. Nam videri vſumfructũ conſtitutum, c non per concurſum d diuiſum. e

II. AFRICANVS *libro quinto Quæſtionum.*

IDeoque amiſſa pars vſusfructus ad legatarium eundémq; proprietarium redibit.

III. VLPIANVS *libro ſeptimodecimo ad Sabinum.*

IDem Neratius putat ceſſare ius adcreſcendi libro primo reſponſorum. Cui ſententiæ congruit ratio Celſi dicentis totiens ius adcreſcendi eſſe, quotiens in duobus f qui inſolidum g habuerunt, concurſu diuiſus eſt. Vnde Celſus libro octauodecimo ſcribit, ſi duo fundi domini deducto vſufructu proprietatem tradiderint: vter eorum amiſerit, vſumfructum ad proprietatem redire, ſed non ad totum: h ſed cuiuſque vſumfructum ei parti accedere, quã ipſe tradiderit. Ad eam enim partem redire debet, à qua initio diuiſus eſt.

Inter legatariũ plenæ proprietatis & legatarium vſusfructus, nõ eſt locus iuri accreſcendi. Bartolus.

Non ſolùm autem ſi duobus vſusfructus legetur, eſt ius adcreſcendi: verum & ſi alteri vſusfructus, alteri fundus i legatus eſt. k Nam amittente vſumfructum altero cui erat legatus, magis iure adcreſcendi ad alterum pertinet, quàm redit ad proprietatem. l nec nouum. nam & ſi duobus vſusfructus legetur, & apud alterũ ſit conſolidatus: ius adcreſcendi non perit neque ei m apud quem conſolidatus eſt, neque ab eo: n & ipſe quibus modis amitteret ante conſolidationem, iiſdem o & nunc amittet. & ita & Neratio & Ariſtoni videtur, & Põponius probat.

Inter habentem vſumfructum cauſalem, & vſumfructũ formalem, eſt ius accreſcendi ratione coniunctionis verbalis. Bald.

IIII. IVLIANVS *libro trigenſimoquinto Digeſtorum.*

C SI tibi proprietas p fundi legata fuerit, mihi autem & Mæuio & tibi eiuſdem fundi vſusfructus. habebimus ego & Mæuius trientes in vſufructu: vnus triens q proprietate miſcebitur. Siue autem ego ſiue Mæuius capite minuti fuerimus, triens inter te & alterutrum noſtrum diuidetur: ita vt ſemiſſem r in vſufructu habeat is qui ex nobis capite minutus non fuerat: ad te proprietas cum parte dimidia vſusfructus pertineat. ſ

D V. GAIVS *libro ſeptimo ad Edictum prouinciale.*

ET ſi tradideris t alicui proprietatẽ deducto vſufructu,

autem tantùm coniuncti ſunt: vt cum dico, Titio & Mæuio pro æquis portionibus lego: vt infra de heredib. inſtitu. l. ſi ita quis. Sed quid ſi teſtator dicat, Titio fundi dimidiam portionẽ, Mæuio alteram dimidiam lego? videtur quòd ſint coniuncti: vt infra de legatis ſecundo. l. Mæuio. Sed tamen puto contra: vt infra de legatis ſecundo. l. & Proculo. Lex enim illa, Mæuio. eſt intelligẽda quando eandem dimidiam legauit vtriq;. Qui ergo re & verbis cõiunctus eſt, præfertur cæteris: vt infra de legatis tertio. l. re coniuncti. & ſupra eodem. §. idem ait. & §. primo. Si verò vnus re, & alter verbis coniunctus eſt: quidam dixerũt re cõiunctum præferẽdum. Alij cõtra, argumẽ. ſumẽtes vtrique ex prædicta. l. de leg. iij. re cõiũcti. ego vtrũque admitto: vt infra de heredibus inſtituẽdis. ſi ita quis heredes. Item an ſatiſdatio locũ habeat inter iſtos? Reſpon. vt infra de vſufruc. ea. rerum. ſi tibi. in fine. Accurſius.

* In vulg. eſt lex, Si duob⁹ 2.

*Si duobus.*] CASVS. Teſtator legauit Titio nudam proprie. fundi, & vſumfructũ retinuit pro duobus heredibus quos inſtituit. an inter heredes qui fructuarij ſunt, habet locum ius accreſcẽdi, vt inter fructuarios? Et dicit quòd nõ: quaſi ſint ſeparati: nã quilibet per hoc partem habet. Tunc enim eſt locus iuri accreſcẽdi, quando ambo inſolidum fructuarij ſunt, ſed concurrentibus eis habent partes. at quando ab initio habẽt partes, non eſt locus iuri accreſcendi. Secundò pone quòd ego & Titius domini cuiuſdam fundi nudam proprie. tradidimus alij. dicit, ſi ego perdam meum vſumfructum ca. de. vel alio modo: accreſcit illi parti propriet. quæ mea fuit, non toti fundo. [NON SOLVM.] Teſtator legauit mihi fundum cum plena proprie. & Titio vſumfructum. concurrimus. ſi ergo Titius amittat ſuam partem vſusfructus, an mihi accreſcit? Dicit quòd ſic, & magis iure accreſcendi, quàm iure conſolidationis: & ideo vſusfruct. eo proprietario amittente alteri accreſcit, ſicut fieret in conſolidatione. Viuianus.

a *Si duobus.* aliàs lex, ſi duobus. aliàs. §. idem Iulianus.

b *Proprietas legetur.* quibuſdam legatariis. Accur.

c *Cõſtitutum.* pro portionibus hereditariis, tacitè hoc præſumpto. ſecus ſi expreſſim dixiſſet: vt infra eodem. l. ſi mulieri. & ita eſt bona ratio.

d *Concurſum.* ſcilicet vtriuſque inſolidum.

e *Diuiſum.* ſcilicet pro parte. & ad hoc eſt infra eodem. l. idem & ſi apud. §. primo. Et ſic not. quòd idem inter viuos: vt infra eodem. l. idem Neratius. §. j.

f *Idem Neratius. In duobus.* id eſt inter duos.

g *Qui inſolidum.* ſibi relictum. inſolidum enim haberi nõ poteſt: quia diuidua ſeruitus eſt: vt infra ad legem Falcidiam. l. prima. §. ſi vſusfructus. idem ſi verbis tantùm eſſent coniuncti. Et quod de duobus dicit, ſi legem vſumfructum fundi, idem dic ſi vni inſolidum, alteri pro parte, ſi modò cõiunctim: vt infra quibus modis vſusfructus amit. l. tertia. §. idem. & infra de heredibus inſtituendis. l. ſi ita quis heredes. ſecundum Azo.

A h *Ad totum.* ſcilicet prædium. id eſt ad quamlibet eius partem pro indiuiſo.

i *Fundus.* non detracto vſufructu, aliàs contra infra de vſufructu lega. l. ſi alij. nec enim intelligeretur dari fundus ſi vſusfructus detrahatur: vt infra de verborum obligatio. l. qui vſumfructũ fundi. & ideo pro parte vſumfructũ habebit: vt infra de vſufructu earũ rerum quę vſu conſumũtur. l. ſi tibi. Sed contra infra familiæ erciſcundæ. l. & puto. §. primo. Solut. vt ibi.

k *Legatus eſt.* vt infra eodem. l. ſi mulieri.

l *Ad proprietatem.* per cõſolidationem. Azo. & eſt ratio: quia ſi alius haberet proprietatem, iſte tamen haberet per ius accreſcendi, & non proprietarius. Accurſius.

m *Nec ei.* quia ei poteſt accreſcere.

n *Ab eo.* quia ab eo ſi ipſe amiſerit, accreſcit alteri. Azo.

o *Iiſdẽ.* ſcilicet cauſalem perdit, qui habet in hoc naturam formalis: ne factum alterius alteri noceat. Accurſius.

*SI tibi.*] CASVS. Quatuor dicit teſtator legauit mihi ꝓpri. fundi: & mihi & tibi & Mæuio vſumfructũ. in tres partes diuiditur vſusfruct⁹, quarum vna eſt cum proprie. Secundo, ſi ego partem meã amitto, accreſcit tã Mæuio quàm Seio. Tertio, quilibet tam Mæuius quàm Titius habet dimidiã vſusfruct⁹. Sed quid ſi interim cum perdo, Titius iam alienauit ꝓpriè? Et reſpõ. adhuc accreſcit ei. Quartò, ſi teſtator mihi & Męuio legauit vſumfructum, & Titius emit proprie. an tũc ego perdam partem meam? Et reſpon. accreſcit Mæuio & Titio. & ſi tibi teſtatot legauit nudam proprie. deducto vſufructu pro herede, item dimidiã vſusfructus alij legauit: quæritur, an inter heredem & illum fructuarium ſit ius accreſcendi? Et dicit quòd non: ſed proprie. conſolidatur, ſi teſtator legauit vſumfructum mihi & tibi, ſed mihi purè: tibi ſub conditione, ſi nauis ex Aſia venerit vſque ad annum: quæritur ad quem pertinet vſusfruct⁹? Et dicit quòd ad me interim totum pertinet. ſed ſi extat tua conditio, ad te pertinet, vel totus ſi capite minutus ſim pro parte.
E Viuianus.

p *Si tibi proprietas.* nuda. aliàs. §. Iulianus. Accur.

q *Vnus triens.* qui ſupereſt. Azo.

r *Vt ſemiſſem.* id eſt dimidium eius quod eſt amiſſum.

ſ *Pertineat.* Sed quid ſi Titio fundus, & Titio & Mæuio & tibi ſit eiuſdem fundi vſusfruc. legatus? Reſpon. Titius vnam dimidiam ſolus, & alterius dimidiæ habebit tertiam: vt infra de ſtipu. ſer. l. quarta. ſed infra de pecu. leg. l. dominus ſeruum. §. primo, videtur manifeſtè contra. Item C. de leg. l. cum quæſtio. Ioann. Item an ita in perſona eius cui relictus eſt fundus, ius accreſcẽdi locum habeat, non dicit hîc, ſed ei accreſcere ab alio dicit, ſed ꝙ ſocio ab eo accreſcat, non dicit Azo. nec ſupra idem Neratius. in fine. Sed ſol. vt infra eo. l. ſi mulieri.

t *ET ſi tradideris.* tu cui proprietas cum tertia parte vſusfructus eſt legata, vel per venditionem, vel alio modo. Accurſius.

*Idem eſt*

nihilo minus putat Iulianus adcreſcere: nec videri nouum tibi adquiri vſumfructum.

VI. VLPIANVS *libro ſeptimodecimo ad Sabinum.*

IDem & ſi apud vnũ ex tribus fructuariis cõſolidatus ſit vſusfructus.[a] Sed ſi cui proprietas deducto vſufructu legata ſit, & mihi pars[b] vſusfructus, videndum erit
B an inter me & heredẽ ius adcreſcẽdi verſetur. Et verũ eſt, vt quiſquis amiſerit, ad proprietatẽ reuertatur.[c] Si mihi vſusfructus[d] fundi purè, tibi ſub cõditione legatus ſit, poteſt dici totius fundi vſumfructũ ad me pertinere interim: & ſi capite minutus fuero, totum[e] amittere. Sed ſi extiterit cõditio, totũ vſumfructũ[f] ad te pertinere, ſi fortè capite deminutus ſum. cæterũ cũ in meo ſtatu maneo, cõmunicãdum vſumfructũ.

Tantũ habet vnus nominatus, quantum plures innominati coniuncti per nomen collectiuum. Item dictio, cum, per modũ copulæ cadẽs inter perſonas, operatur idem quod dictio &. Baldus.

VII. PAVLVS *libro tertio ad Sabinum.*

SI quis Attio & heredib⁹ ſuis[g] vſumfructũ legauerit, dimidiã Attius, dimidiã heredes habebũt. Quòd ſi ita ſcriptum ſit, *Attio & Seio cum heredibus meis*, tres partes[h] fient: vt vnam habeant here-
D des, tertiã Attius, tertiã Seius. Nec enim[i] intereſt, ita legetur, *illi & illi cũ* † *Mæuio: illi & illi & Mæuio.*

VIII. VLPIANVS *libro ſeptimo decimo ad Sabinum.*

SI mulieri[k] cũ liberis ſuis[l] vſusfructus legetur, amiſſis liberis ea vſumfructũ habet:[m] ſed & matre mortua liberi eius nihilominus vſumfructum habent[n] iure adcreſcẽdi. Nam & Iulianus libro trigenſimo Digeſtorum ait,

a IDem eſt & ſi apud. *Vſusfructus*. quod enim diximus à principio idem nunc & ex poſtfacto.
A
b *Pars*. ſic ergo apud heredem altera dimidia remanſit. & hoc probat. & facit ſupra eo. l. j. §. fi. & l. ſeq. Accur.

c *Reuertatur*. nam nec verbis ſunt coniuncti.

d *Si mihi vſusfruct⁹*. ſic & in liberto vni purè, & alteri ſub cõditione aſſignato: vt ĩfra de aſſig. liber. l. ſub cõditione. §. fina. Accur.

In vulga. Idẽ eſt & ſi.
e *Totum*. contra infra de condit. & demon. l. mulieri. Sol. vt dixi ſupra. l. j. in princi.

f *Vſumfructum*. veniẽte conditione. Accur.

g SI quis *Attio & heredibus ſuis*. i. teſtatoris, cũ fortè legauit à legatario, vel à coherede, vel à ſuis Titij, id eſt filiis eius'. Ioã. nam ſui heredes ſunt: vt inſtitu. de hered. quali. & diff. §. ſui. & ſecundum has expoſitiones non eſt contra. ĵ. de leg. j. l. planè. §. ſi duobus. vbi dicitur heredi à ſeipſo legari non poſſe.

h *Tres partes fient*. imò duæ videntur fieri debere: vt C. de impu. & aliis ſubſtitu. l. fin. in fi. Solu. illa corrigit. vel verbũ. vna, ibi poſitũ, tollit contra. hoc non valet: vt. ĵ. de here. inſt. l. liber homo. §. Titius. Vel meli⁹ ibi loquitur de heredibus vnius legatarij. i. Titij. Sed hîc alteri⁹, id eſt teſtatoris, quibus à coherede vel legatario legauit. Azo.

i *Nec enim intereſt*. vt & ĵ. de vſufru. lega. illi. & de lega. j. l. Titiæ. §. nihil. & l. ſi quis inquilini. §. ſi ita. Accur.

† Not. text. ſecun. Bart. de dictione cũ, quæ ponitur cõiunctiuè: de quo no. in. l. triblici. de verbo. ſig. infra.

SI *mulieri*.] CASVS. Teſtator inſtituit extraneos, & mulieri cũ liberis legauit vſũfruct. ſiue liberi moriãtur, accreſcit matri ſuę: ſiue mater moriatˀ, accreſcit liberis. Secũdò ponit ꝙ teſtator inſtituit ſolos liberos, & voluit eos frui cũ matre. tibi reliquerat vſũfructum fundi. & dicit idẽ, vt ſi mater moriatur, accreſcat liberis, & interim ſimul vtã-
E tur. Tertiò, ſi teſtator extraneũ & filios heredes inſtituit, & mulieri legauit vſumfru. & dicit idem eſſe quod in primo. Viuia.

k *Si mulieri*. de aliquo fundo.

l *Cum liberis ſuis*. non inſtitutis heredibus. idem & ſi ſint inſtituti: vt infra ſubiicit. Azo.

m *Habet*. videbatur enim quòd hæc coniunctio, cum, faceret conditionem: vt quicunque eorum deficeret, vel mater vel filij, periret totum legatum vſusfructus: vt infra de condi. & demon. l. Iulius Paulus. ſed non eſt ita: vt hîc dicit. quandoque tamen in vſufructu ſicut in proprietate fit pars coniuncto. quod dic vt not. infra de leg. j. l. huiuſmodi. §. ſi Titio.

n *Habent*. ſcilicet in totum.

o *Intelligendum*. vt ius accreſcendi hincinde habeat locum. Acc.

p *Non vt legatarios*. ſ. tantùm vel ſimpliciter: ſed vt ſimul cũ matre fruerentur. Sed qualiter eſt idem ſi ſoli liberi ſunt heredes? nec enim eis à ſeipſis legari potuit: vt infra de leg. j. l. plane. §. pe. & l. legatum eſt deli. §. j. Reſpon. hîc nõ legauit liberis, ſed mulieri, vt frueretur cũ liberis: vt ſupra poſuit. Et ita liberi non ſunt legatarij in vſufructu, ſed nudam habẽt proprietatem, & cauſalẽ vſumfruct. pro parte. Sed tamen vt dixi ſupra, eis mortuis mater habet vſumfr. & ſic accreſcit vſusfr. cauſalis, & mortua matre liberi habẽt vſumfru. cauſalem, nõ formalẽ, quem haberent niſi eſſent inſtituti. ſi autẽ liberi & extranei ſunt heredes, liberi poſſunt intelligi legatarij in vſufructu quẽ habẽt formalem. Sed pro qua parte? Reſpon. pro dimidia eius partis in qua inſtituti ſunt extranei, aliã habet mater: & habet præterea pro tota parte pro quota ſunt inſtituti filij: quia à ſeipſis nõ potuit eis legari: vt dixi. imò filij cauſalẽ: vt dixi. Ir. tamẽ ſcribit hîc ꝙ virilẽ debẽt habere: vt ſpeciale ſit in vſufructu. Sed Azo cõtra. Accur.

idem intellegendum[o] in eo qui ſolos liberos heredes ſcripſerit, licet non vt legatarios[p] eos nominauerit, ſed vt oſtenderet magis velle ſe matrem ita frui, vt liberos ſecum habeat fruẽtes. Sed & Põponius quærit, quid ſi mixti fuerint liberi & extranei[q] heredes.
B & ait filios legatarios eſſe intellegendos.[r] Et per contrarium[ſ] ſi voluerit eos liberos ſimul cũ matre frui, debere dici matrem legatariam eſſe intellegendam:[t] & per omnia ſimilem eſſe & in hoc caſu iuris euentum.[u]

Nota quòd ei cui legatur proprietas, videtur etiam legatus vſusfructus cauſalis. Bal.

IX. AFRICANVS *libro quinto Quæſtionum.*

SI proprietas fundi[x] duobus, vſusfructus vni legatus ſit, non
C trientes in vſufructu habent, ſed ſemiſſem[y] duo, ſemiſſem fructuarius. Item contra, ſi duo fructuarij, & vnus fundi legatarius ſit.

X. VLPIANVS *libro ſeptimodecimo ad Edictum.*

INterdum pars vſusfructus etiã non habenti partem ſuam, ſed amittenti[z] adcreſcit. nam ſi vſusfructus duobus fuerit legatus, & alter lite cõteſtata amiſerit vſumfructum,[a] mox & collegatarius qui litem conteſtatus non erat, vſumfructum amiſit:[b] partem di-
D midiam duntaxat quàm amiſit[c] qui litem conteſtatus eſt aduerſus eum qui ſe liti obtulit,[d] à poſſeſſore[e] conſequitur. Pars enim collegatarij ipſi adcreſcit, non domino[f] proprietatis. vſusfructus enim perſonæ adcreſcit, & ſi fuerit amiſſus.

Vbi diuerſi ſunt grauati, & diuerſi onerati, non habet locum ius accreſcendi. Bal.

XI. PAPINIANVS *libro ſecundo Definitionum.*

q *Et extranei heredes*. repete ſecundũ quod legauit teſtator vſumfr. mulieri cum liberis.

r *Intelligendo*. vt ius accreſcendi hincinde habeat locum. Accur.

ſ *Et per contrariũ*. nam s̃. poſuit quando frui voluit matrẽ cum liberis. Azo.

t *Intelligendam*. & etiã liberos: vt. s̃. l. ꝓxi. ĩ fi.

u *Euentum*. vt hincinde habeat locũ ius accreſcendi.

x SI *proprietas fũdi*. appellatione fundi plena continetur proprietas: vt. s̃. e. idẽ Neratius. §. non ſolùm.

y *Semiſſem duo*. ſ. proprietarij habẽt: vt hîc, & ĵ. de vſufr. leg. l. Sẽpronius Attalus. §. fin. ſic & in ꝓprietate duobus & vni relicta: vt. ĵ. de her. inſti. l. Titi⁹. Ac.

z INterdũ. *Sed amittẽti*. i. ei qui amiſit iam.

a *Amiſerit vſumfructũ*. iniuria iudicis. Azo

b *Vſumfructum amiſit*. non vtendo, vel repudiando, vel capitis diminutione.

c *Quam amiſit*. ſecundum R. & bene[a] puncta ſic. quã amiſit, ſubaudi, qui non eſt coteſtatus: conſequitur ille qui eſt cõteſtatus: vt & s̃. de vſufru. ſi Titio. §. fi. & ĵ. de excep. rei iud. l. & an eadẽ. §. qui cum partem. & quod dicit, duntaxat, quaſi diceret, non recuperat illam partem quam ipſemet amiſit: vt. ĵ. ti. ij. l. iij. §. idem Pomponius. in fi. §.

a] nõ placet Cuiac. lib. 6. obſ. c. 11.

d *obtulit*. cum non poſſideret. idem & ſi contra poſſidentem egiſſet. Azo.

e *A poſſeſſore*. qui ſcilicet nunc poſſidet.

f *Non domino*. imo domino: vt. s̃. de vſufru. l. dominus fructuario. §. fina. quæ eſt contra. Sol. vt ibi.

CVm *ſingulis*.] CASVS. Inſtituit quis duos heredes. ab vno reliquit mihi vſumfru. fundi, ab alio vſumfru. eiuſdem fundi Titio legauit. dicit quòd ſumus ſeparati ac ſi ab vno reliquiſſet duobus pro æquis portionibus: quia & hîc ſumus ſeparati, &

Cvm ſingulis [a] ab heredibus ſingulis eiuſdẽ rei fructus legatur, [b] fructuarij ſeparati videntur non minus quàm ſi æquis portionibus [c] duobus eiuſdẽ rei fructus legatus fuiſſet: vnde fit [d] vt inter eos ius adcreſcendi nõ ſit:

XII. Vlpianvs *libro ſeptimodecimo ad Sabinum.*

Cvm alius ab alio herede vſumfructum vindicat. B

## QVANDO DIES VSVSFRVCTVS LEGATI CEDAT. TITVLVS III.

I. Vlpianvs *libro ſeptimodecimo ad Sabinum.*

Qvanquã vſusfructus [e] ex fruendo conſiſtat, id eſt facto aliquo [f] eius qui fruitur & vtitur, tamen ſemel cedit dies, [g] aliter atque [h] ſi cui in mẽſes vel in dies vel in annos ſingulos quid [i] legetur. tunc enim per dies ſingulos vel menſes vel annos dies legati cedit. Vnde C queri poteſt, ſi vſusfructus cui per dies ſingulos legetur, [k] vel in annos ſingulos, an ſemel cedat. Et puto non cedere ſimul, ſed per tẽpora adiecta, vt plura legata ſint. & ita libro quarto Digeſtorum Marcellus probat in eo cui alternis diebus vſusfructus legatus eſt. Et ideo ſi is fructus legatus ſit, qui cottidie percipi [l] non poteſt, non erit inutile legatũ: ſed dies habebũt [m] legatum, quibus frui poteſt. D

Dies vſusfru. legati cedit adita hereditate: & ſi eſt dies appoſita, ipſo iure nõ cedit ante diem. facit infra de vſufru.leg. Sẽpronius Attalus. Et ſi eſt relictus per nomina multiplicatiua, vt in ſingulos annos, nõ cenſetur legatum vnum: ſed plura, propter enumerationẽ temporum. Baldus.

Dies autem vſusfructus, item vſus, nõ prius cedet, quàm hereditas [n] adeatur. [o] Tunc enim cõſtituitur vſusfructus, cum quis iam frui poteſt. Hac ratione [p] & ſi ſeruo hereditario vſusfructus legetur, Iulianus ſcribit, quamuis cætera legata hereditati adquirãtur, in vſufructu tamẽ perſonam domini [q] expectari, [r] qui vti & frui poſſit. Item ſi ex die vſusfructus legetur, dies eius nondum cedit niſi cum dies venit. Poſſe enim vſumfructum ex die legari & in diem conſtat. [ſ] Non ſolùm autem vſusfructus ante aditam hereditatem dies non cedit: ſed nec C actio [t] de vſufructu. Idémque & ſi ex die [u] fuerit legatus vſusfructus. Denique Scæuola ait, agentem [x] ante diem vſusfructus, nihil facere [y] quanuis aliàs [z] qui ante diem agit, malè agit. [a]

## QVIBVS MODIS VSVSFRVCTVS VEL VSVS AMITTITVR. TITVLVS IIII.

I. Vlpianvs *libro ſeptimodecimo ad Sabinum.*

Non ſolum vſumfructũ amitti capitis minutione conſtat, ſed & actionẽ [b] de vſufructu. Et parui refert, vtrũ iure [c] ſit conſtitutus vſusfructus, an verò tuitione prætoris. [d] D

---

ideo non eſt ius accreſcendi. Viuianus.

a *Cum ſingulis*. ſcilicet legatariis. Azo.

b *Vſusfructus legatur*. inſolidum tam in perſona heredis, quàm legatarij. & ob hoc differt à caſu ſeq. Accur.

c *Aequis portionibus*. à ſingulis heredibus faciẽdis, & ſingulis legatariis: puta à Titio lego Cornelio, & à Sempronio lego Ciceroni vſumfruc. in fundo Gabiano pro æquis portionibus: vt. ĩ. l. proxi. ſubiicit. alioquin eſsẽt verbis coniuncti: vt. ĩ. de here. inſti. ſi ita quis heredes. Vel melius, licèt ſint coniuncti verbis, tamen non habent ius accreſcẽdi propterea, quia à diuerſis percipiunt vſumfru. Azo. Sed certè imò videtur habere ius accreſcẽdi: vt. ĩ. de leg. j. ſi duob⁹. §. fi. vbi fuit legatũ Titio & Poſthumo pro parte virili: & tamẽ habet locũ ius accreſcendi. Sol. hîc fuerũt omnimodo diſiuncti: ibi autẽ ſaltem verbis cõiũcti: inter quos eſt ius accreſcendi, ſecundum Ioan. ſi non ſint alij re vel re & verbis coniũcti: vt. ĩ. le lega. iij. l. re cõiuncti. Vel refert ſecundũ Azo. ab vno herede relĩquatur, vt ibi: vel à pluribus, vt hîc. Et no. ĩ ſuperiori caſu, ꝙ obligari heredes inſolidum non facit fructuarios coniunctos.

d *Vnde fit*. redit ad primum. Accur.

QVANDO DIES vſusfruct⁹ legati cedat.

*Eſt & in ceſſione legati longe alia ratio vſusfruct⁹ quàm proprietatis. nam vſusfructus dies cedit ab adita hereditate, proprietatis iure veteri à morte teſtatoris, iure nouo ex apertis tabulis, iure nouiſſimo vt iure veteri. Diem legati cedere cum dicimus, ſignificamus poſt eum diem moriente legatario, legatum tranſmitti in heredem eius. Potuit addi, vel vſus, vt titu. ſeq. quod non potuit præcedenti. Cuia.*

*Qvanquã.*] CASVS. Primò dicit quòd vnus eſt vſusfructus, & ſimul incipit deberi purè & ſimpliciter relict⁹, licèt ſingulis annis, vel pluribus vicibus fruatur fructuarius. Secundò dicit quòd aliud eſt ſi alicui legetur propriet. vel vſusfru. per ſingulos annos, vel mẽſes, vel dies: quia plura ſunt legata: & pluries incipit deberi adita here. legantis, nõ prius. Tertiò ſi legetur ſeruo hereditario, extunc, id eſt adita heredi. cedet: non prius. ſic ſi ex tempore legetur, nec vſusfructus, E nec actio cedit ante diem venientem: licèt aliàs quod debetur ex die, poſſit peti: ſed malè: quia obſtat exceptio. hîc tamen ipſo iure non poteſt agere. Viuianus.

e *Quanquam vſusfructus*. purè relictus. Azo.

f *Aliquo eius*. vnde & quotiens vtitur, videbatur cedere: vt. ſ̃. tit. j. l. j. §. penul. Accur.

g *Cedit dies*. id eſt incipit deberi. ſed venire diem, id eſt peti poſſe: vt infra de verb. ſignifi. l. cedere. non autem cedit quantum ad tranſmiſſionem: cum ad heredẽ non tranſeat: vt C. de cadu. tollen. §. in nouiſſimo.

h *Aliter atque*. imò non videtur aliter: vt. ĩ. de vſufru. lega. l. antepen. quæ eſt contra. Sol. legare fructus annuos vel menſtruos perinde accipitur, ac ſi ſingulis annis legetur vſusfru. & hæc ibi parificat. ſed legare vſumfru. purè non eſt pro eodẽ ac ſi ſingulis annis leget vſumfru. quia primo caſu ſemel cedit, & vnum eſt legatum: vt hîc: at quãdo in annos ſingulos, vel annos plures, plu- A ries cedit: vt hîc, &. ĩ. de dona. cau. mor. l. ſenatus. §. fi. & de annu. lega. l. cum in annos. &. ĩ. ad leg. Fal. l. j. §. ſi in annos.

i *Quid legetur*. puta decem iure vſusfructus vel proprietatis. & ſic bene diximus.

k *Legetur*. prædictis modis, id eſt per ſingulos dies.

l *Percipi nõ poteſt*. propter capitis deminutionem. Accur.

m *Habebunt*. id eſt, in his dieb⁹ habebit legatũ, quibus frui poteſt, id eſt quibus fuit reſtitutus: vt. ĩ. titu. j. l. j. §. fin. Accur.

n *Hereditas*. ſ. legantis.

o *Adeatur*. tunc ergo cedit, vt poſſit frui: vt ſubiicit hîc. nõ autem quo ad trãſmiſſionem: vt. ſ̃. in prin. hui⁹ legis dixi. Accur.

p *Hac ratione*. quia ex facto alicui⁹ pẽdet: vt in prin. huius legis.

q *Domini*. ſ. heredis futuri: & dic ꝙ alius fuit teſtator qui legauit vſumfructũ, & alius cuius hereditas iacet.

r *Expectari*. in omni legato inſpicit̃ perſona domini, an habeat teſtamẽti factionem, vel nõ: vt. ĩ. de leg. ij. debitor. §. fi. Sed in vſufru. inſpicitur etiã & expectatur vt tunc cedat cũ heres. i. domin⁹ adiuerit: vt hîc, &. ĩ. de ſtipu. ſer. l. vſusfru. ſine. &. ĩ. tit. j. ſi ſeruo. Accur.

ſ *Conſtat*. vt &. ſ̃. de vſufru. l. iiij. & tamen nõ cedit ante diem: vt hîc, & infra quando dies le. ce. l. ij. & iij.

t *Actio*. ſ. confeſſoria: vt. ĩ. ſi ſer. vin. l. ij.

u *Ex die*. vſusfru. vt etiam actio non prius cedat.

x *Agentem*. ſcilicet legatarium.

y *Nihil facere*. quia ipſo iure nullam habet actionem.

z *Quamuis aliàs*. i. in legatis relictis vel promiſſis ex die.

a *Malè agit*. quia actionem habet, ſed exceptione repellitur: vt ĩ. de eo quod cer. lo. l. ij. §. ſi quis ita ſtipuletur. &. ĩ. de ver. obli. eum qui kalendis. Sed contra. ſ̃. de pact. l. iiij. Sol. vt ibi. Item facit. ĩ. ad le. Iul. de adul. ſi maritus. §. fi.

QVIBVS MODIS VSVSFRVCTVS vel vſus amittitur.

*Vſusfructus amittitur capitis deminutione, morte, tempore, rei mutatione, non vtendo, ceſſione in iure, dominij adquiſitione: quibus tamen omnibus modis proprietas non amittitur. Cuia.*

*Non ſolum.* CASVS. Legauit mihi vſumfruc. ſi capite minutus fuero, amitto vſumfru. & actio. pro vſufru. competentem. cætera plana ſunt. Viuia.

b *Actionem*. amittitur etiam actio ipſo iure, niſi quando perit non vtendo, quia per exceptionem tunc perit: vt ar. infra de act. & obli. l. obligationum ferè. §. placet.

c *Iure*. ſcilicet ciuili in teſtamento etiam directo.

d *Tuitione prætoris*. vt per fideicommiſſum: vt infra ſi vſusfru. peta. l. qui vſumfructum. &. ĩ. eo. l. ſi legatum. vel in ſuperficiario ſolo vel vectigali: vt infra de ſuperficie. l. j. in fi. & hoc ſubiicit: vel aliis modis vt diximus infra vſufructua. quemadmo. ca. ſi vſusfructus mihi. §. illud.

A Proinde traditus [a] quoque vſusfructus, item in fundo † vectigali [b] vel ſuperficie non iure [c] conſtitutus, capitis minutione amittitur: ſed ita demum amittitur capitis deminutione vſusfructus, ſi iam conſtitutus eſt. Cæterùm ſi ante aditam hereditatem, aut ante diem cedentem quis capite minutus eſt, conſtat non amitti. [d] Si tibi fundus ex die legatus eſt, & vſumfructum mihi rogatus es reſtituere: videndum erit, ſi capite minutus fuero intra diem legato tuo inſertum, ne [e] fortè ſaluus ſit mihi vſusfructus, quaſi ante diem cedentem capitis minutio interueniat. quod benignè dici poterit. [f]

Id quod non eſt, perire non poteſt. Bal.

Vſque adeo autem capitis deminutio eum demum vſumfructum perimit qui iam conſtitutus eſt, vt ſi in ſingulos annos vel menſes vel dies legatus ſit, is demum amittitur, [g] qui iam proceſſit. [h] C & ſi fortè in annos ſingulos legatus eſt, illius dumtaxat anni vſusfructus amittetur. & ſi in menſes, eius menſis. ſi in dies, eius diei.

No. in ver. quod ſi ex duobus. quòd ſeparatio & diſtinctio temporum habet vim diſtinctionis re & verbis, & impedit ius accreſcēdi. Bal.

II. Papinianvs *libro ſeptimodecimo quæſtionum.*

D SI duobus ſeparatim [i] alternis annis vſusfructus relinquatur, continuis annis proprietas nuda eſt: cum ſi legatarium vnum ſubſtituas [k] cui alternis annis legatus ſit vſusfructus, plena ſit apud heredem proprietas eo tempore quo ius fruendi legatario non eſt. Quòd ſi ex duobus illis alter decedat, [l] per vices temporum plena proprietas erit. Neque enim adcreſcere alteri quicquam poteſt, quoniam propria quiſque tempora non concurrente altero fructus integri [m] habuit. E

Si non mors, [n] Sed capitis deminutio interceſſerit, [o] quia plura legata ſunt, illius anni tantùm, ſi modò ius fruendi habuit, fructus amiſſus erit. Quod & in vno legatario qui fructum in ſingulos annos accepit, defendendum eſt: vt commemoratio temporum, [p] repetitionis [q] poteſtatem habeat. Cum ſingulis fructus alternis annis legatur, [r] ſi cōſentiant [ſ] in eundem annum, impediuntur: quòd non id actum [t] A videtur, vt concurrerent. [u] Multum etenim refert, duobus ſimul alternis annis legetur, [x] (quod ſanè vltra primum annum [y] procedere non poterit: non magis quàm ſi vni legatus ita fuiſſet) an ſingulis alternis annis. Nam ſi cōcurrere volent: aut impedient inuicem propter voluntatem: [z] aut ſi ea non refragabitur, [a] ſingulorum annorum [b] fructus vacabit. [c]

B Vſusfructus capitis deminutione amiſſus poteſt reſumi ex diſpoſitione repentina. & videtur diſpoſitio repētina eo ipſo quòd eſt facta commemoratio temporis. hoc dicit, hoc principium. Bald.

III. Vlpianvs *libro decimoſeptimo ad Sabinum.*

SIcut in annos ſingulos vſusfructus legari poteſt, ita & capitis minutione [d] amiſſus legari poteſt, vt adiiciatur, *Quotiénſque capite minutus erit, ei lego.* Vel ſic, *Quotiens amiſſus erit.* & tunc ſi capitis minutione amittatur, repetitus vi C debitur. Vnde tractatum eſt, ſi cui quandiu viuat, vſusfructus legatus ſit: an videatur repetitus quotiens amiſſus eſt. quod & Mæcianus tentat: & puto repetitum videri. [e] Quare ſi vſque ad tempus ſit legatus, vtputa vſque ad decennium, idem erit dicendum.

Vſufructuarius vtens, ex repetitione habet ius accreſcendi, ſicut haberet ſubſtitutus ſibi non tanquam verbis, ſed tanquam re coniunctus. hoc dicit. & eſt multùm no. Bald.

D Hæc autem repetitio quæ fit poſt amiſſum capitis minutione vſumfructum, quæritur an & ius adcreſcendi ſecum ſaluum [f] habeat · vtputa * Titio & Mæuio vſusfructus legatus eſt: & ſi Titius capite minutus eſſet. eidem vſumfructum legauit. quæſitum eſt, ſi Titius ex repetitione vſumfructū haberet, an inter eos ius adcreſcendi ſaluum eſſet. Et Papinianus libro ſeptimodecimo quæſtionum ſcribit, ſaluum eſſe perinde E ac ſi alius eſſet Titio in vſufructu ſubſtitutus: hoc enim tametſi non verbis, re tamen cōiunctos videri.

Quando non eſt repetita tota pars partis, illa pars repetita habet ius accreſcēdi, non reſpectu partis non repetitæ, imò ſola conſolidatur proprietati: ſed reſpectu partis collegatarij. Baldus.

Idem Papinianus quærit: ſi Titio & Mæuio vſufructu legato, [g] in repetione vſusfructus non totum, ſed partē Titio relegaſſet, [h]

a *Traditus.* ex cauſa vēditionis interviuos, vel ſimili: ſubaudi, amittitur ca. demi. vt ſubiicit.

b *Vectigali.* hoc iure prætorio.

c *Iure.* ſ. prætorio.

d *Non amitti.* quod enim non eſt, amitti nō poteſt: vt infra de condit. & demon. Titio vſusfruc. & infra quemad. ſer. amit. l. ſi partē. & infra qui. ad li. procla. nō licet. l. Licinius. & infra de regulis iur. non poteſt. in fin. tit. & l. non videtur rem. Azo.

e *Ne.* id eſt an.

f *Poterit.* vt ſaluus ſit.

g *Demū amittitur.* per capi. deminu.

h *Proceßit.* imò videtur amitti quod nō eſt, vt in alia ſeruitute alterno tempore relicta: vt infra quemadmodū ſer. amit. ſi ſic. quæ eſt contra. So. hîc de amiſſione quæ fit per capi. demi. ibi de ea quæ nō vtendo. Accurſius.

i *SI duobus ſeparatim.* vt vnus vno anno, alius alio vtatur. & ita hoc aduerbiū ſeparatim, nō deſignat tantùm ſeparationē in legando factam: ſed in vtendo & fruendo faciendam: vt & infra ea. l. §. fin.

k *Subſtituas.* id eſt proponas.

l *Decedat.* in primo caſus legis.

m *Integri.* & ſic nō habet locū ius accreſcendi: vt & s. de vſufruct. accre. l. iij. in princ.

n *Si non mors.* morte enim ſecuta nō videtur repetitus: vt. j. eo. repeti. j. reſpon. & s. ſtatim.

o *Interceſſerit.* quando duob⁹ ſeparatim alternis annis, & alter in ſuo anno capite minuitur.

p *Temporum.* ſcilicet ſingulorum: cū dicit, ſingulorū annorū fructus legis lego. Azo.

q *Repetitionis.* vt videatu repetiiſſe vſumfruc. ita: quotiens amiſſus erit vſusfructus, do lego. Azo.

r *Alternis annis legatur.* ſeparatim: vt vnus vno anno, alter alio anno vtatur: vt in principio legis.

ſ *Conſentiant.* hic conſenſus eſt diſſenſus.

t *Actū.* ſ. à teſtatore.

u *Concurrerent.* in eundem annum.

x *Legetur.* quo caſu cōcurrunt: cum ambo loco vnius habeantur.

y *Primum annū.* apertîus dixiſſet vltra annū: quia alius erat annus proprietarij. primū autem hîc dicit reſpectu ſequentium, & tertius erit primus & quintus: & ſic in aliis alternatis. Accurſius.

z *Voluntatem.* teſtatoris. & hoc quando non apparet quis primò fuerit nominatus. aliàs ille habet primū annum: vt. s. de vſufruc. l. quotiens duobus. Sed hoc caſu quando eſt incertum quis primo fuerit nominatus, quare non interuenit prętor: vt. s. de vſufr. ſi cuius. §. denique. & inſtit. de ſatiſda. tu. & cu. §. ſin autē? Reſpon. quia hîc deficit actio qua intentata interueniat prętor: quę eſt in illa. l. ſi cuius. ſcilicet commudi diuidūdo. Item nec eſt fauor ætatis qui eſt in illo. §. inſtit. qui eſt magnus: vt. C. de act. empt. l. curabit. Vel verius dic ꝙ etiam hîc interuenit: vt infra de lega. j. huiuſ modi. §. fi.

a *Non refragabitur.* quia voluit eos vti ſimul in eundem annum.

b *Annorū.* ſcilicet alternorum.

c *Vacabit.* cū eodē anno ſimul fruautur. Ac.

d *SIcut in annos. Capitis deminutione.* ſ. capitis deminutione minima interueniente. cæterùm ſi maximam vel mediam paſſus eſt fructuarius, denuo ſibi legari nō poſſet: vt inſtit. de capitis deminu. §. j. ij. & iij. & C. de hered. inſtitu. l. j. & inſtit. de here. quali. & dif. §. teſtamenti. hodie autē nō amittitur capitis deminutione minima: & ideo nō poſſet fieri hęc repetitio: vt inſtitu. de acqui. per arro. j. reſpō. niſi īdulta reſtitutione à principe poſt maximam vel mediā: vt. s. de poſtul. l. j. §. de qua. & ita intelligēdum eſt quod eſt. j. de an. leg. l. in ſingulos. & in. l. iſta. & facit. j. de vſufr. leg. l. licet. Accurſius.

e *Repetitum videri.* vt & infra de euic. ſi rem quam. §. fi.

f *Saluū.* ſi poſtea morte ſoluatur.

g *Legato.* ſ. purè. Azo.

h *Relegaſſet.* ſic puta: quotiēs Titius amiſerit, ei do lego ꝑ parte:

† Ludo. Ro. fo. 22. ſing. 602. reprehēdit Bald. hic in iſto tex. vide quę dicuntur hîc ī interpreta. Bolog.

* Iſte tex eſt not. ſecūdū Bar. hîc ad hoc quòd quādo copula cadit inter diuerſas orationes, facit cōiūctionē verbalē. ad qđ cōcor. l. 1. §. his itaque. C. de cadu. tol.

UNED